Multos ex singulis floribus proventus suos prorogare, inquit, ac pro exemplo ponit aphacam, anchusam, cichorium, & plantaginem. Hæc ut clare percipientur, videat lector cap. viii. & ix. hujus libri, quibus ratione proventus suos proroget, vel diu floreat aphaea, docet. Idem de cæteris dicendum.

Negat generationes ac tempora eorum recenseri posse, quibus fructibus consummatis, alia initia demum generandi instituunt. Idcirco mali medicæ & aurantiæ tempus vix constitui potest. Omni enim anni tempore fructus & maturos & immatuos habet; sed tamen hoc post æquinoctiū autumni maximè evenire scribit. Et est id verum. Tum enim juniperus & calig arboreæ, & fructus rudimentum, & maturum simul ostendunt. Sed de his in libris de causis luculentius agit, quo Lectorem remitto.

Inter ea, quæ perpetuo virent numerar polium. Hujus historia hoc capite enarranda nobis. Πόλιον dicitur à canicie, canisque capillamentis, & tomento hirsuto, quæ non modo capitula corymbaceæ, ut ait Dioscorides, sed etiam universam plantam incanam reddunt. Perinde ac gnaphalium, ut Plinius lib. 21. cap. 7. cuius verba mox examinabo. Polii duas, tresve notas dedit Theophrastus lib. primo capit. 16. Docet quod sit herba, carnosaque habeat folia, quodque valeat adversus noxios vermiculos, si vestibus interponatur. Hoc capite perpetuo virere auctor est. Luculentius Dioscorides describit lib. 3. cap. 124. πόλιον τὸ μὲν ἵστην δρεπον, ὁ καὶ τὸν θερον καλέται, εἴ καὶ οὐδέποτε. Θάμνον δὲ ἵστην λεπτόν, λινκόν απλανότατον, καρπούς πολλούς, οἷον πεφάγοντες ἐπ' ἄκρα κεραυνοβούδες μικρούς αἱ πόλιοι τελέχειαν βαρύσσωμα γενέσθαι ποστές ενωδίας. τὸ δὲ πέρι τοῦ θυμού πανωδεστεργυ, εἴ καὶ τοῦ θυμού τῇ σομῇ οὐδεποτεργυ κατὰ τὴν θύμαριν. Polium quoddam montanum, cui etiam teuthrion nomen est, & cuius est usus. Exiguus frutex est (Theophrastus inter herbas recenter. Sed non solent veteres definitiones sequi. Rectius tamen Dioscorides quam Theophrastus; nisi dicamus Theophrastum herbam loco citato dixisse respectu arborum, magnorumque fruticum) tenuis, candidus, dodrantalis, & semine referuntur: capitulo in cacumine quandam corymbi speciem præse ferente, parvo, cæsarie cane simili, & graveolente, cum aliquantula odoris jucunditate. Alterum fruticosius, non usque adeo valens odore, ac viribus inefficacius. Polium qua facie ferat folia, non scribit Dioscorides. Theoph. carnosæ esse memoriae prodidit, neuter radicem delineat. Utrumque Nicandri Scholiaates facit, ad hunc versum in Theriacis.

Η πόλιον βαρύσσωμα, ὁ δὲ ἵστην ὅδοις. Hoc est, aut polium graveolens, quod perquam terrum exspirat odorem. Ad hunc locum Scholiaates, τὸ πόλιον εἶδε βατάνης βαρύσσωμον. γέραθτον ἐπ' οὐ πόλιον, καὶ πόλιον αἰματον ἐπ' τὸ πόλιον, ιανής οὐσιότητον. εἴ καὶ οὐδὲ λιβανώτατον αὐλίκης πέπαλον μὲν μαλακού περγυ θύμου διαστρεψάτο. δέποτε πέρι τοῦ πόλιον βαρύσσωμα. Polium genus herbæ graveolens. scribitur autem πόλιον accentu in antepenultima, & πόλιον accentu in ultima gravi. Melius πόλιον accentu in antepenultima, ut sit quasi epitheton. Non est libanotis, verum folium habet mollius, & hirsutius quam Thymum: magnitudine constat virga, id est palmari (πάζος peculiariter pro ramo palmaris exponitur) pluresque à radice fert, radix lignosa. talia cuncta graveolentia. Multa annotanda. Graveolens inquit esse, immo ipse Nicander non tantum graveolens, sed odore summi pere horribili, sive perquam tetro inquit esse. Dioscorides verò graveolens cum nonnulla odoris suavitate. Quali odore est tam montanum, quam campestre polium, quod experientia comprobat quotidiana. Improbanda itaque antiqui Lacunæ Codicis lectio in quo pro iuviā, δυνατā legitur, quæ vox foetorem indicat. Vulgatam Dioscoridis, ut dixi, lectionem defendunt Oribasius & Serapio, etiam Theophrastus. Quis enim vestibus inter poneret herbam graveolentem, odore tetro ac foetido. tales non esse odorem polii, ipse odor polii ostendit. Lacunæ tamen codicem defendit Nicander. Crediderim Nicandri codicem depravatum esse, legendumque.

Η πόλιον βαρύσσωμα, ὁ δὲ ἵστην ὅδοις, aut polium graveolens, quod suavissime olet. Nempe cum gravitate quadam. Ineptum est quod scribit Scholiaates, omnia lignosa radice, esse graveolentia. Thymum, serpyllum, aliaque plurima radice lignosa sunt, odoratissima tamen, ac suaveolentia esse quis negabit? Scribi notat πόλιον & πόλιον accentu vel in antepenultima, vel ultima. Quod verum quidem est, non autem eadem sunt plantæ, sed diversæ: Πόλιον accentu in antepenultima, polium est de quo hoc capite nobis sermo, à canicie sic dictum. At verò πόλιον de quo Theophrastus lib. 9. idem est quod tripolium, dictum δέ τοῦ πόλιον varsando, quod floris colorem saepius in die mutet, vel, ut Dioscorides scribit, quod ter colore mutet, unde tripolii nomen. Ad hæc cum minus attendisset Plinius, turpiter polium cum tripolio confudit lib. 21. cap. 7. Vestibus interponi eam gratissimum, sicut apud Graecos polion herbam, inclytam Mysæ & Hesiodi laudibus, ad omnia utilem prædicantium, superque cetera ad famam, etiam ac dignitates, prorsusque mirum, si modo (ut tradunt) folia ejus mane candida, meridie purpurea, sole occidente cœrulea aspiciuntur. Duo genera ejus, campestre majus; sylvestre quod minus est, guidam teuthrion vocant. Folia canis hominis similia, à radice protinus, numquam palmo altiora. Polium de quo nobis sermo, vestibus interponi auctor est Theophrastus, ad dignitatem famamque, tri polium, & antirrituum commendant veteres. Sic πόλιον accentu in antepenultima, id est, tripolium cerebravit Mysæ & Hesiodus auctore Theophrasto l. 9. c. 21. Nec polii. id est, Tripolii folia, ut Plinius, sed flores ter die mutant colores. Dioscorides lib. 4. cap. 135. de tripolio, πόλιον ἰστρεῖται τῷ αἴθρῳ τοῖς τῆς οὐρανοῦ μεταβάλλεις τῷ κράτερε, περιθεραντος τῷ λευκῷ, καὶ δὲ τῷ περιμετρίῳ περφελέσσον, οὐδὲ δὲ φοινικῶν. Ejus (tripolii) flos ter de die colore mutare perhibetur, ita ut mane candidus, meridie purpureus, vesperi puniceus aspiciatur. Quæ sequuntur in Plinio, eadem de polio, de quo nobis sermo, refert Dioscorides. Folia huic polio Thymo similia; sed molliora & hirsutiora, adscribit Scholiaates. Idem facit Plinius. li. 2. cap. 20. Hi & folia ejus Thymo similia tradunt, nisi quod molliora sint, & latiore canicie. Quidam scribunt latiore canicie. Montanum polium talia folia gerit, campestre Thymi foliis dissimilia ostendit. Polio huic caulinis assurgunt numerosi, tenues, teretes, duri, ac lignosi, palmo haud multo altiores: folia per intervalla his constituant oblonga, latiuscula, sed quam chamedryos an-

Polium campestre.



gustiora

gustiora, per margines serratim incisa. In virgularum fastigiis flosculi candidi, quos capitula proferunt, una cum foliis ac caulinis albida lanugine incanescens : semen pusillum nigricat : radix fibras demittit. Montanum ab radice lignosa, recta, fibrosa, statim numerosis fruticat caulinis rotundis, palmo haud altioribus, eque spatiis crebribus folia oblonga, minora ac angustiora, quam alterius gnaphalii, leviuscula impressa crenulis, rigidiuscula, quæ ex adverso unà caales cingunt, inque summo radiatim circinatimque florum globulos

Polium montanum.



corymbeos, effigie serpilli, candidos effigiant: uti & universa planta tomentosa langue pubet incana. Istud præ cæteris odoratius, sed quiddam acutum & gravisculum, naribus una cum suavitate afflat. Semen parvum, oblongum, teres. Aliud de polio exstat Nicandri carmen, quod paulo infra examinabo. Dodoneus polium leucadæm esse suspicatur, ac Dioscoridem de eadem herba sub diversis nomenclaturis bis egisse. Conveniunt inquit, genera, nominis occasio, ac facultates. Dioscorides lib. 3. cap. 113. Λευκὴ ὁρέαν τὴν αὐτοφύλακτον τῆς ἡμέρας ἴσι, δριψθεόντε νέα πικρῷ περγῇ ἐχυσσε τὸν καρπὸν καὶ αἰρομένης. Δρασικωτέρον μὲν τοι τυχόντες τῆς ἡμέρας. Leucas montana latioribus foliis quam sativa, semine verò acriore amariore, atque etiam ori magis ingrata, attamen quam sativa efficacior habetur. Quam sativam vocat, capite de polio campestrem vocat; à canitie polium, ab albedine leucas dicitur; quidquid autem incanescit, albidum est. Facit huc quod Aetius leucadis non meminerit, veluti à polio differentis. Cælius vero Aurelianus lib. tardorum pass. 2. cap. 4. leucen eandem cum polio faciat. Leuces, inquit, quam etiam polium vocant. Nunc quæ contrarium docent addam. Primum quod Galenus de utraque planta tanquam diversa egerit, ac quidem litera λ. de leucade, littera verò π. de polio. Facit quod leucas tertio sit ordine calidum & siccum. λευκὰ δριψεῖσι πιεσται ἵππος γένεσις, καρφῶν δὲ δεξιῶν καὶ ἔργων καὶ πτυτάτην πεδίζειν. Leucas acrem possidet qualitatem exsuperantem, temperaturam vero calidam, siccumque in tertio quodammodo ordine. De polio vero scribit. τὸλειον πικρῷ γεωμετρίοις ἴσι καὶ μιτερίοις δριψύ — τόλειον, ὃ τῇ εἰς τὸν αὐτόπτην χειρισθεῖται. καὶ τὸ δριψθεόν τῷ πικρῷ περγῇ ἴσι τέτο τὸ μεῖζον, ὃς εἰς μὲν τὴν τερέτην πάκτων εἴσαι τὸν ἐκραστόντων, ἐκ δὲ τῆς δευτέρου συμπλοκώμινον τὸν δεκαπάτοντα. Polium gustanti amarum, & modice acre appetat — polium quo in antidotis utimur, acris ac amarus est, ut sit tertio ordine siccum, & secundo completo calidum. Meiminit leucadis Nicander in Theriacis,

Quo loco Scholiaſtes λευκόδειρος ab Antigono vocari scribit. Judicium æquo committo Lectori, an leucas poliumve una eademque sit planta. Santolinam non esse polium, nec vulgare polium Hyſſopum supra lib. 6. fatis abunde probavimus. Intet hybernas plantas numerat anemonidem. Supra lib. vi. cap. antepenultimo, quomodo quod de anemonide tradit intelligi posuit, exposuimus. Verum cum verba Theophrasti attentius considero, atq; perpendo anemonidem florem esse vernalem, ac nisi ars accedat, hyeme non florere. De vulgarata non agere Theophrastum, imaginatus sum. Accedit quod inter spurias nomenclaturas reppererim leontopetalum anemonidis nomen obtinere, ac præterea ex Bellonio constet eandem plantam hyeme florere; mecum perpendere cepi, an non hæc esset illa anemone, de qua hoc capite Theophrastus. Nec quenquam moveat quod aliis capitibus de anemonide quædam tradiderit, qua huic minime convenient, siquidem λευκὸς modo violam album bulbosam, modo fruticem denotat. Idem fortassis de anemonide dicendum; nempe modo florem, de quo supra satis superque diximus, modo leontopetalon denotare, uti hoc capite, & loco. Quod si cui hæc nostra opinio non arridet, eam rejiciat per me licet, necipse mordicus eam tenere velim. De leontopetalo hæc veteres. Dioscorides lib. 3. cap. 110. Λεοντοπέλον καὶ διάνοια αὐθεμιάδον (vetus διατημιάδον) ἐξ μείζονος, ἔχοντα μεγάλας τούτους· ἐφ' ᾧ ἀρχαὶ λοβοὶ ὅμοιοι εἰρηθῆσι, εἰ τετρις διοῦ τετράς τοις τοις φοινικῇς τοις διεμέτραις· φύλαξ ἡρόων καρχίτην, σατυρικήν τε τὰς μονχάρους· ἐξ οὐρανοῦ μέτερα γεννήσας, ἵκτη καρκίνος καὶ διοῦ λαβᾶς πνέας, φύεται ἐν τῷ ἀργείῳ, καὶ τοῦ τοῦ στα. Leontopetalum caule proferat dodrantalem (duorum dodrantum) aut etiam altiore, plurimis alis concavum, in quarum cacuminibus, siliquæ sunt cicerum modo, ac in his duo triave minutæ semina, flores punicei, anemone similes, folia brassicæ, papaveris, foliorū divisa: radix nigra rapo similis, que eminentias seu nodos quosdam habet. Nascitur in arvis, ac inter segetes. Notandum in quibusdam codicibus scribi ἐξα μέτρας ἔχουν. Lectio hæc minus probabilis videtur. Nam verisimile non est leontopetalo radices esse plures, totidem rapis similes. Addo quod Oribazius vulgaratum secutus fit lectionem, uti etiam Plinius lib. 27. cap. xi. Leontopetalon alii raphæjon vocant, folio brassicæ, caule semipedali: alæ multæ, semen in cacumine, in siliquis ciceris modo: radix rapo simili, grandis, nigra. Nascitur in arvis. Plinius raphejon vocari scribit; idem Auctuarii auctor testatur. οἱ δὲ λεοντεῖδος, οἱ δὲ παρδελη, οἱ δὲ θεούβαθρος, οἱ δὲ εργάτες, οἱ δὲ μέντης καρκίνης, οἱ δὲ αὐθεμιάδον. Oribazius λεοντεῖδας, οἱ δὲ λεοντεῖδος, οἱ δὲ παρδελη, οἱ δὲ θεούβαθρος, &c. Apud Hesychium legitur ἥψις ἀργεῖον παλάκαρον λαρψούμαδος. Hoc si de leontopetalo intelligere licet, confirmat nostram opinionem, anemonem hybernam Theophrasti esse leontopetalon. Nam inter olera ejus meminit, cum vulgarata oleracea non sit planta. Raphæjos dicitur à radicis, figura qua rāpum emulatur; & anemone, quod florem anemonidis similem habeat. Leontopetalon; quod folium leoniump sonat, cur dicatur me fugit. Leontopetalon cujus figuram addendam curavimus, Mathiolus non tantum in hortis, sed etiam in arvis Herruriæ, aliisque locis Italiae nascentem vidit, flores hyemali tempore, teste Bellonio, profert. Leontopetalon, inquit Dodonæus, folia sunt lata, veluti brassicæ, sed sectionibus divisa: caulis dodratalis, subinde major, in ramulos five alas non paucas distribuitur; in quarum fastigiis flosculi rubentes: deinde siliqua, in quibus semina, ciceres referentia, radix magna strumosa, instar raptorum: floris nigra. Haec tenus Dodon. Fatentur doctores, botanici hanc plantam quoad radicem & fructum convenire descriptioni Dioscoridis sed folia & flores planè discrepare. Evidē quos ego vidi luteifuerūt. Folia quidē cyclaminis ampliora multo fert, sinuosa, & circinato ambitu divisa, pœoniæ modo, non brassicæ similia, aut papaveris divisura. A leontopetalo ad leontopodium transeo. Hoc Dioscorides describit lib. 4. cap. 131. Λεοντεῖδον διδαχούλατον ἐστι βατόνια, ἵκτη φυλλαὶ εὖ δέ, ἵκτη δὲ τετράριν δακτύλων, ἢ τέσσαρας τοῦ μέγες, διάστα, ιερωδίστρος τὰ τούτη τὴν ἕτην τὸν τετράριον ἀρχαὶ δὲ τῶν κανῶν εἰς κεφάλαια μέσον τετραμίτη, εἰ δις ἀρθροί μεταλλακτοῦσι. οἱ καρποὶ αὐτοῦ δυοθείρητοι. Διῃ τῷ αὐθεντικούμενον αὐτῷ χιλιοῖς, ἐξα δὲ πέπτη μετροῦ φασὶ οἱ τοῦ λευκοῦ ιυχεῖσθαι εἰς φίλτρα τοσσατερατην, ἢ φύματα Διοφοῖσιν. Leontopodium duorum digitorum hercula est, folia habens arcta, robusta, quaternum, verd aut etiam trium digitorum longitudine, hirsuta, quæque radici proxima sunt lanatoria, &

Leontopetalum.



subalbida: capitula in summis caulis quasi perforata, in quibus flores nigri, semen usque adeo spissa lanagine obvolutum est, ut agre deprehendi possit. Radix subiacet parva: quam etiam tradunt amuleti ratione alligatam ad amatoria prodeesse, tuberculaque discutere. De Leontopodio haec scribit Plinius lib. xxvi. cap. viii. Leontopodium alii lenceoron, alii dorypetron, alii thorybetron vocant; cuius radix alvum fistit, purgatque bilem, in aquam mulsum, addito pondere denariorum duum. Nascitur in campestri & gracili solo, semen ejus potum lymphatica somnia facere dicuntur. Idem eodem lib. cap. 12. Illecebre omnia in fixa corpori extrahunt, folia tussilaginis, daicum, semen leontopodii tritum in aqua cum polenta. Idem repetit cap. 14. eodem libro Botanicu quidam exercitati; diversas plantas leontopodium Dioscoridis, Pliniique asserunt; sed rationes nullas addunt. Crediderim quod scribat bilem purgare. Id alienum valde videtur viro longe celebrissimo; Nobis minus. Nam bilem purgare rhabarbarum quid notius? Idem alvum fistere, & diarhoeas compescere, jam lippis & tonsoribus constar. Sed nec ideo tantum leontopodium Plinii & Dioscoridis diversa planta est. Nam fieri porest vires ejus quasdam noverit Plinius, quae Dioscoride latuerunt. Si modo cum alia quadam planta leontopodii historiam non confundat Plinius. Leontopolium Plinii est leontopetalon, cuius superius mentionem fecimus. Hoc ostendunt spuria nomina. Auctor Auctuarii, λεοντόπεδον, οἱ ἡ λευκόπεδοι, οἱ ἡ λευκόπεδη, οἱ ἡ λευκόπεδος, οἱ ἡ λευκόπεδης (Plinius, si codex mendo vacat, λευκόπεδος) οἱ ἡ λευκόπεδη. Sed leontopetalon radicem purgandi viu habere, non me legisse memini. Nihil ea de re Auctius, Plinio recentior, λευκόπεδον, η λευκόπεδον ταῦτα τῇ σὶν μολύσαι καθάμετα, Αφροδηπη, οὐδι γεματηρι κατὰ τὴν τέλην τέλειον ταχαίσην. Leontopodium, sive leontopetalon, leontopodii radice maximè utimur discussoria, & calfactoria, ac exsiccatoria in tertio ordine. Idem Galenus de Leontopetalon. Porro leontopodium Dioscoridis Plinius Cemos vocat li. 27. c. 8 Eadem de causa (quod sit magica herba, & ad amatoria valeat) & Cemos filebitur a nobis. Auctuarii auctor λευκόπεδον, οἱ η λευκόπεδη, οἱ η λευκόπεδης, οἱ η λευκόπεδη — Scribit Marcellus in optimis Dioscoridis codicibus Græcis, quos in potestate habuit. & in latino scripto litteris Longobardis capite de leontopodiō, præfixum titulum fuisse de cemo; ut inde constet Cemon Plinii, esse Dioscoridis leontopodium. Porro Cemos sonat lupi capistrum, zoonychon animalis ungu-

lam, & ztonychon; pro quo apud Hesychium αἴρυγξ βούνη; si non legendum vel αἴρυγξ vel αἴρυγχος; ungula aquilæ. Leontopodium Mathiolus, Pena, Lobelius. &c. censem esse, cuius figuram addendam curavimus, pedem leoninum propter villosam foliorum & florum effigiem crux pedi annexum aliquantum referentem, dixerunt; quemadmodum pedem leonis, leporis, ursi, columbae, avis, corvi, gallinæ, tum antiqua, tum nostra ætas. Leontopodium herbula est montana, quæ non parum foliis rosam, seu rosellam imitantur. Est quippe

Leontopodium parvum.



foliis angustis, oblongis, hirsutis, sed incanis, præsertim in imo, duorum pollucum longitudine, gnaphalii, stœchadisve citrinæ latioribus; in caule summo, itidem hispido, ternos quaternosve digitos alto, gestante flores, nigricantes ex fusco violaceo, & capitula latiusculo, sed denso ambitu sparsa; in quibus foraminula quædam impressa apparent, quasi leonis vestigium, vel soleam imitantia. In Germaniæ arduis, adeoque Italiae Alpinis & Baldo Veronenſi inventur, sed rarius. Idcirco quid possit, aut præstet nondum scitur. Huic simile genus aliud reperitur, quod caule lanuginoso constat singulare & dodrantale, foliis pilosellæ minoris, candida crassaque lanagine obsitis; flosculos in summitate caulis fert ex luteo pallidos, pilosellæ minoris haud dissimiles; radicem habet parvam ac lignosam. Dixi pilosellam minorem; quia & major & minor reperitur. De majore Germanus quidam nobis retulit, ipso die festo D. Ioannis ad radices reperiri sanguineas quasdam guttas, quæ calamo inditæ, ac occlusæ post dies sex semperque in vermem mutantur; in hortos translata difficerter extirpari potest. Nomen utraq; accepit à copiosis pilis quibus folia prædicta. Majorem alii ad myosotidem, alii ad holostium referunt. Nescio quibus moti rationibus, nisi quod auricula muris vulgo vocatur, quod folia muris auriculam mentiantur. Non est holostium, uti nec gramen leucanthemum, quod pro eo exhibet Ruellus; nihil habent coronopo simile. Dioscorides lib. x. cap. xi. φύλλα ἡ χειρ ε κλινομε κορωνόδι το διατήσια, η αγράτει, ευπηρέτη. Foliis viticulisq; coronopodi, aut graminis proximis. Neutra planta viticulas haberet, neutra folia coronopodi similia. Pilosellam minorē, ut dixi, nonnulli pro leontopodio habent. Sed cum parva admodum huic foliola, vix unguis minoris magnitudine, pro leontopodio habere nequeo. Sed leontopodium prius descriptum rectius cū descriptione convenire fatentur, qui pro leontopodio habent, vel

Leontopolium.



vel ad ejus classem referunt; quod damnare nequeo. Alii ad gnaphalium malunt referre. De gnaphalio pauca nobis dicenda. Gnaphalium describit Dioscorides lib. 3. cap. 132. γναφάλιον τέτες τοῖς φύλλοις πήπονται γναφάλιον κράντη, λινογίς οὐτοὶ καθελαγίς πιεῖ διὰ σὺν οἴνῳ αὐτοῦ ποπλόματα φύλλα πέσοι δυστερίαν. Gnaphalium foliis albis mollibus pro tomento utuntur, efficaciter autem ad dysenteriam in vino austero propinantur. Idem ferme tradit Galenus, γναφάλιον οὐσίας μὲν εἶται δὲ τοῖς φύλλοις αὖτε μεθελαγίς οὖτοι διὸ γναφάλιον κράντη. Εἰ δὲ λινογίς, καὶ μετέπειτα σύφορτα καὶ άλλα τέτες πήπονται δυστεράγις μετὰ πησοῦ τοῦ αὐτοῦ οἴνων. Gnaphalium, sic vocatur à foliis mollibus, quibus pro tomento utuntur. Sunt autem alba, & mediocriter adstringentia; quare, quidam ea exhibent dysentericos cum vino quadam acerbo. Gnaphalion itaque, quasi tomentitia. Ad hujus exemplum, quae mollia ac incana sunt, quæque pro tomento, quod culcitris infarcitur, usum habere possent, γναφάλιον vocarunt: Dioscorides lib. 3. cap. 37. De dictamno. μετέπειτα καὶ γναφαλάδητα φύλλα ἔχει, τοῖς δὲ τοῖς ιπιφύσιοι. At majoribus lanuginosissime foliis, ac lanosa quadam velutini pube obducta. Sic cucurbitæ pars interior semen continens, candoris ratione cum molilitate, traditur γναφαλάδη. Recentiores γναφάλιον dixerunt. Hesychius γναφάλιον γναφάλιον βαρδην. Etiam τοιβάν, quod ejus folia tomentis servient inculcandis, γναφάλιον vocarunt. Vetus lexicon γναφάλιον τοιβάν. Sed contrarium existimo, puta γναφάλιον τοιβάν vocatum. Nam in antiquis Dioscoridis codicibus legitur γναφάλιον, οἵπερ τοῦ στίβου (pro quo τοιβάν lego, ἵπτεσσον, τέτε— Gnaphalion, quidam & stoibion, sive stoben vocarunt, Romani centunculum vocarunt. Auctuarii auctor οἱ διάτης, οἱ δὲ αὐτοπτοί, — φωστοί κίντελας, οἱ δὲ αλεύον. Lego οἱ διάτης, οἱ δὲ αὐτοπτοτοντορεῖς φωστοί κίντελας, quidam bires, aliis ampelotocos, quod inter vites nascatur — Romanii centunculum. Quod centonibus maxima cum tote sit cognatio, albinum à colore vocarunt. Meminit hujus Plinius lib. 27. cap. x. gnaphalion, aliis chamezelon (vir doctiss. ad hunc locum sic scribit, humilem esse herbam Dioscorides non ait, sed habere folia χαμεζέλω, in terram sparsa. Quod ubi triderit, me fugit. Lego chamezelon, id est parvum gossipium, quod tomentosa sua lanagine molli, candidaque, gossipii lanuginem referat. Imo nihil aliud, quanta est, nisi tomentum videtur, si radicem excepere, & intimam florum superficiem) vocant, cuius foliis albis, mollibusq; pro tomento utuntur. Sane & similia sunt. Datur in vino austero ad dysenteriam. Viri doctiores, in-

ter quos Clariss. Dodonæus, Gnaphalium & centunculum Plinii eandem putant esse plantam. De centunculo hæc Plinius lib. 24. cap. 15. Nunc subteξēmus herbas mirabiles quidem, sed minus claras, nobilibus in sequentia volumina dilatis. Itali centunculum vocant rostrati foliis, ad similitudinem capitis penularum jacentem in arvis: Græci autem clematidem. Est ejus egregius effectus ad fistendum aluum in vino austero. Sed Græci & clematidas alias habent. Pro gnaphalio viri doctiores plantam hanc ostendunt. Huic caulinæ ac ramuli tenues, palmum alti, circa quos foliola parva, oblonga, unæ cum caulinæ ac ramulis densa, cahida, mollique lanugine pubescens; quorum pro tomento usus esse potest: capita in fastigiis eminent, abrotoni corymborum æmula, flosculi lutei ex his prodeunt, aut aurei fulgoris, radix in diversa tendit, dura ac lignosa. In Narbonnensi Gallia plerisque in locis incolitis, haud procul à mari, reperitur. Bilosellam minorem gnaphalium montanum vocant; quod locis montosis proveniat, ac folia ferat incana; mollia, ad imum pene tota, ut in bellide, reliquo caule pusillis, perpaucis & exilibus: in summo, five fastigio flosculos habet parvulos, quatuor, quinque, pluresque

Gnaphalium montanum suaverubens Lob



similis junctos, quandoque albos, nonnulli quattuor à rubro purpureos, subinde à purpura nigricantes, non raro roseis, alias ex candido rubroque mixtis radix parva tenuis adnatissimis fibris descendit. Tota planta vix sesquipalmum æquat. Aridis utriusque Germaniae locis, collibus, montiumque jugis satis familiaris. Pro gnaphalio antiquiores Botanici exhibent plantam, quam vulgo filaginem vocamus, ac à Plinio herba impia dicitur lib. 24. cap. 19. Herba impia vocatur, incana, rorismarini asperata, Thrysi modo vestita atque capitata. Inde alii ramuli assurgunt sua capitella gerentes. Ob id impiam appellavere, quoniam liberi super parentem excellunt: alii potius ita appellatam, quod nullum animal eum attingat, existimavere. Vulgata herba impia mollis ac tomentosa herba est. Quare non usque adeo à veritate aberrant, qui pro gnaphalio exhibuerunt. Cauliculos profert tres, aut quatuor dodrantales, quandoque aliores; circa quos foliola oblonga, angusta, utraque autem molli ac araneosa lanugine pubescens: flosculi in fastigiis caulinorum eminent, à luteo pallentes, in pappos tandem evanescentes, quorum posterius nati longioribus insidentes pediculis, priores superant; radix tenuibus circulis confibrata. Hujus nonnulla genera recentiores observarunt, qua in phytopinace recenset Bauhinus, quem aeat lector. Filaginem Hermolaus cartofilaginem vocat; cum potius, ut Cæsalpino placet, dicenda sit ceratophylax; quod partem oculorum ceratoidem, id est, cornream tunicam defendat, salutique percussam restituat.

Divisio

Filago, sive Gnaphalion minus.



Divisio, inquit magnus Scaliger, *mirabilis*, *ex auxiliis* *ex auxiliis* à *florum ratione* *statuitur*. *Sanè* à *ex auxiliis*, *ut in phlomis*, *& salviis & botryis*: altera verò *divisionis pars* non respondet. Ceterum apta erat eorum qua *umbellam* gerunt: qualia sunt *fanicularaceae*. At ille, *ex auxiliis*, ab herba maximè ignobili: *& mox ex auxiliis exponit per auxiliis*. *Sanè* igitur dixisset *ex auxiliis*. quod facit postquam *à ex auxiliis exsequutus* est. Locus vero, præsertim grammaticis minime negligendus est, qui in Euripiði vita *Scandycem* herbam cum legunt, *& quid sit nesciunt*, hinc unam è *cichoraceis* intelligunt speciem. In codice Greco *tertia divisionis pars* est *μυρόνα*; quod *& omisit Theodorus*, *& auctor ipse nullo est exemplo prosecutus*, *& mendum est*. Hactenus magnus Scaliger. Scandycem esse ignobilem satis herbam, constare arbitror; nec Theophrastum unquam *ex auxiliis* scripsisse. Caput sequens satis docet *ex auxiliis* legendum. Tertia divisionis pars est *μυρόνα*. Quæ *μυρόνα* sint, me ignorare fateor. Non enim verisimile, de aconitis inter olera agere magistrum. De polii generibus, vel coma præditis plantis fortassis loquitur. Apud Nicandrum hoc epitheton polio adscribitur; cum Poëta in Alexipharmacis, canit Αὐτὸν δὲ πολιόν μυρόνα ἀρσεῖν αἴθην. Satura laborantem etiam polii mures interimentis flore. Ad hunc locum Scholastes κρίσαι τὸν τοῦ μυρόντος πλήγης δὲ μυρόντος εἰρηκε, ἐπειδὴ σπικέλην ποιεῖ μέντης αἵραις καλέσεις ἐν λαβεῖν πολὺς αἴθην, καὶ πηγάνια βλάστεσσι, καὶ φύγει τὸ ὄρχιον — Purgat ipsum flos mures occidentis polii. Privatum μυρόντον vocavit. Nemo enim polium sic vocavit, nec tollit mures. Iubet itaque capere florem polii, ramulos rutæ, *& testiculum castoris*. Supra libro sexto cap. primo ex Hesychio *μυρόνα* *ἀγριά* dici probavimus. *Αγριά* Helych. herbam dicit, qua canes à serpentibus demorfi curantur. Adversus serpentes polium, & hoc *μυρόντον*, quod idem, ac *μυρόναν*, vocat Nicander. An verò Theophrasti ejusve ævo polium quispiam *μυρόναν* vocarit, affirmare nequso. Hæc enim exercitii tan-

tum gratia, dixi. Ita tamen ut si forte verum sit. Theophrasti ævo hoc nomen obtinuisse pólium, qui libet hunc locum de coma præditis plantis explicare possit.

Hunc Plinius his verbis lib. I. cap. 17. exscriptis locum. *Multis inter haec æterna folia*, sicut quibusdam arborum, in primisque heliotropio, adianto. Aliud rurus spicatarum genus, ex quo est cynops, alopecuros, stelephuros (quam quidam ortya vocant, aliis plantaginem, de qua plura dicemus inter medicas) thyallis. Ex tis alopecuros spicam habet mollem, & lanuginem densam, non dissimilem vulpium caudis; unde ei & nomen. Proxima est ei & stelephuros; nisi quod illa parti culatim floret. Cicorium & similia circa terram folia habent, germinantibus ab radice post virginitas.

Inter spicata numerat plantaginem, eique varia antiquissimis temporibus, nomina fuisse, ex hoc loco probari potest. Vulgatissimum tamen *δορίς μαστόν*, quamvis Theophrasti temporibus *σπίφους* & vulgare nomen fuisse videtur. *Αρόγλωσσος*, sive *αρέγλωσσος* dictum videtur, quod agni linguam referant folia. Plantaginem cap. ix. hujus libri Theophrastus inter plantas, quæ humi sparsa folia habent, numerat. Hoc capite xi. qua ratione diutius floreat docet, (sed hoc infra examinabo) etiam inter spicatas recenset plantas. Plantaginis duo genera Dioscorides lib. 2. cap. 153. describit. *Αρόγλωσσος* (additur in Oribasi codice, οἱ οἱ πολύτινοι, οἱ οἱ πολύτινοι, à nervis sic vocant. Hæc etiam apud neotericos nomina obtinet plantago. Pro numero enim nervorum plantaginis genera faciunt; ac aliud trinervium, sive *τρινεύρη*, aliud pentaneuron, aliud heptaneuron, aliud polyneuron vocant.) διττός ισι, τὸ μὲρον μικρόν. τὸ οἱ μεῖζον. ιχει οἱ τὸ μέρον μικρόν φύλλα σπικέα, καὶ μικρέσσα (Oribal. μικρήτιον). Hæc lectio non omnino à Saraceno improbatatur, quod majoris plantaginis folia lata quidem sunt, at non adeò longa: minoris vero folia pro proportione longiora simul & angustiora visuntur; quod omnino verum esse, docet experientia) ει μαλακόπερ, καὶ εὐθύτερος, κανονία οἱ γονοεῖδες (Doctiss. Saracenus κανονία γονοεῖδη, vel γονοεῖδη; alioquin, inquit, iusta de foliis accipienda essent, quasi voluerit Dioscorides ea jam à suo pediculo angulo in terram procumbere, atque καλίδιον pro foliorum ipso pediculo usurparit.) καλιμένα οἱ ισι τὸ μὲρον, ἀντὶ αἰχρέως. τὸ οἱ αἰχρέα ισι' ἄκρων τὸν καλλίστων, τὸ οἱ μεῖζον, ιντριγέα, των ποντικῶν, λαχανώδεις. κανόλεις οἱ ισι τότε γονοεῖδες, ιταίνθει, οὐφε πικέας, οἱ μέσου μικρέι κρυψίς αἰχρέα πολύτινος λακτίσ. πίχαι οἱ υπεριστούση πολλα, διστοι, λινοί, πικέα δικτύλης πολλα, οἱ οἱ πολύτινοι φρεγμοί, καὶ εὐκρατεῖς ιντριγέας οἱ τὸ μεῖζον &c. Plantago diuum est generum: minor enim una est, major altera. Ac minor quidem, foliis prædicta est angustioribus, minoribus, (longioribus Oribasius) mollioribus, levioribus, ac tenuioribus. Cauliculis verò angulosis ad terram inclinati; floribus autem pallidis, ac semine summis caulibus emicante. At major & amplior latiorque est, & latifolia in oleris usum apta. (Sunt qui λαχανώδεις brassicæ similem vertant: quia λαχανώδεις nomine Græci brassicam designant. Alii verò, cum Atheniensibus beta, ut supra diximus, καὶ ισοχήλη λαχανός dicitur, betaceum vertere malunt. Accedit quod maximè betæ assimiletur. Saracenus tamen oleraceum interpretatur; idque vel quod oleris modo seratur ac fruticet, vel quod oleris usum præster. Quod ipse probat Dioscorides, cum infra dicit εφόροι οἱ τὸ λαχανός μιθ' αὐτὸν καὶ ζεύς λαμπτανόμενος, — Coctum vero olus cum sale & aceto sumptum. Idem etiam non ita multo post, vice betæ plantaginem cum lenticula coqui solitam scribit, οἱδεται οἱ καὶ μεταφανῆς αὐτὶ στελνούσημενον. Datur in locum betæ, cum lenticula coctum.) Caulis huic angulosus, subruber, cubiti altitudine, à medio ad verticem tenui semine circumdatus. Radices subjacent teneræ, hirsutæ, candidæ, digitali crassitudine. Nascitur in paludibus, sepiibus, ac locis uliginosis. Major porro efficacior est. Recentiores multo plura obliterarunt genera, quæ à Bauhino in phytopinace recentiora. Memisit Plantaginis Plinius lib. 25. capite 8. Celebravit & Themison medicis vulgarem herbam plantaginem, tanquam inventor, volumine de ea edito. Duo ejus genera. Minor angustioribus foliis & nigrioribus, lingue pecorum simillimus (hac de causa οὐρανού dicta à Græcis. Autem aucto-

auctor èi est à grecis, si èi συνθέτεις, si juxta γνώσος, non nulli arynson quasi agninan; alii probation, quasi pecoris linguam, vel ovinam, alii cyroglossum quasi canis linguam, alia tamen plantacynoglossi nomen habet (de qua mox) caule anguloſo, in terram inclinato, in partis nascens. Altera major foliis lateryum (costarum) modo inclusa; quæ quia septena sunt, quidam eam heptapleuron vocavere; hujus & caulis cubitalis est, ut napi similis. Nascitur in humidis multo efficacior. Napi similem caulem, inquit. Viri doctiores auctoris scribas, quorum in his colligendis opera utebatur, legisse, καλὸς δὲ αὐτὸς τετραγωνίδης; vel apud Herbarium Græcum, ex quo hæc sumpta sunt, scriptum fuisse, καλὸς δὲ αἴτος τούτος, caulis hujus procerus. Sed non est in culpa Plinius, quia Cornarius in antiquissimo exemplari scriptum refert. Hujus & caulis cubitalis est & angulosus. Solet alioquin, vel non satis attendere ad Liberti verba, vel vocum vicinitate decipi Plinius, uti quæ sequuntur satis ostendunt. Iungitur, inquit, cynoglossos (nempe buglosso & plantagini) caninas, imitans linguas (in altero exemplari legitur imitatur) copiaris operibus gratissima (dicimus cynoglossos & cynoglosson) ajuntque quæ tres Thrysos seminis emittat, ejus radicem potam, ex aqua ad tertianas prodeſſe, quæ quatuor ad quartanas. Posteriora hæc ex Dioscoride transcripsit; qui hæc non de cynoglosso, sed arnoglosso recenset. Cynoglossi Historiam Dioscorides lib. 4. cap. 129. his fere verbis tradit, Κυνάγλωσσος φύλακα ἵκε αὐγονυχάδος τῷ πατετιφυλλῳ εἰσφεῦ, τετράτοξῃ δὲ καὶ μικρότοξῃ, κραύδη, ἀκαυλος, ἐπὶ γῆς ἰραμένος. Φύεται τοις αἰμαδίστοις τόποις. Cynoglossum folia latifoliae plantaginis habet, at angustiora, & minora, lanuginosa, caule vacat, humique sternitur; provenit in fabuletis. Recentiores cynoglossum, caulem floremque emittere obſervarunt; Illud etiam, quod nec primo, quandoq; nec secundo, tertioq; anno caulem emittat, sed solummodo foliis humili sparsis conspiciat, caule, flore, semine viduum. Eo toto tempore quo caule destitutum fuit, à Dioscoride obſervatum fuisse fit verisimile. Ni forte caule vacare voluit Dioscorides cum humi sternitur, eoque tempore aduersus canum morsus, alopecias &c. prodeſſe maximè; alioquin Plinius semen eius obſervavit; Iungitur & cynoglossos — est alia similis ei, quæ ferat lappas minutas: ejus radix, pota ex aqua ranis & serpentibus aduersatur. Non similis est cum vulgata hæc cynoglosso, sed planè eadem. Picturas duas addidimus, quarum altera cynoglosson caule viduum,

Cynoglossum cum flore.



Cynoglossum fine flore.



foliis humi stratis exhibet; altera cum caule, flore, semi-
neque. *Cynoglossi* genera nonnulla observarunt recentio-
res, de quibus Lector videat Bauhinii in phytopina-
ce. In Batavia *cynoglossum* maximum non raro occur-
rit, sed id soli terræque diversitati adscribo; etiam
vulgare majus, cuius figuram addidimus. Hoc cau-
lem emitit cubitalem, rotundum, & ipsum aliquatenus
incanescens (observavi semel atque iterum ef-
se rubentem quandoque) in alas divisum, circa quas or-
dine digesti flosculi, puniceo colore purpurascentes;
quandoque, sed rarius albo; succedunt singulis quater-
na simul cohærentia semina, aspera, & lapparum modo
vestibus inhærentia; medius inter quæ stylus exiguus,
non raro durus ac pungens. Radix est crassa, recta, al-
tèque descendens. Errare illos vix dubito qui plantagi-
nem medianam Dodonæi, sive incanam Lobelii pro *cyno-*
glosso habent. Folia enim hæc emitit nec angustiora
multum, nec minora à vulgata; nec locis arenosis, sed
humidis nascitur. A vero etiam illi recedunt, qui *lyco-*
psin, sive *echium* Dodonæi alterum, pro *cynoglosso* o-
ftendunt. Nam hæc arnoglosso vulgari folia habet pla-
nè dissimilia, aspera quidem, sed non lanuginosa. Ad
plantaginem redeo. A Theophrasti plantagine Diosco-
ridis diversa esse scribit magnus Scaliger; ac quam vul-
go lanceolata vocant, pro Theophrasti agnoscit plan-
tagine. Sed hæc acutam satis ostendit spicam, major ve-
ro minus acutam, Lobelius melampyon esse, sive tri-
ticum vaccinum stelophyron putat; quod infra exami-
nabimus.

Vulpinam caudam, sive alopecurum satis diligenter
describit Praeceptor. Nomen accepisse scribit, quod vul-
pium caudis similem ferat spicam. Geniculatis culmis,
foliisque frutaceis similis est, cultos tamen habet bre-
viores, foliaque minora; spica ejus nec acuta, nec ari-
stata est, sed mollis, hirsuta, densaque lanagine constans;
hand multum dissimilis vulpium caudis, semine sata sa-
ris feliciter assurgit, sponte in arvis Galliae, praesertim
Narbonensem provenit. Quæritur an alopecouros
Theophrasti, & Δασύωνος Hippocratis eadem, an diver-
sa sit planta. His fere verbis lagopyrum describit Divi-
nus senex, lib. de ulceribus πληγῇ δὲ μάλιστα τὸ κοῖλα τὸ
καθεύδει, ποιεῖ, ὃ λαρυγόνος ὄφομα. Τοῦ δὲ πτυχῶνται ὄφοι, ὅπερ
ανατίττου. μικρῷ τε Φύλλῳ σάπει τὸ τῆς ἰλαίνης μακρέστερον.
Maxime autem replet cava, pura, herba lagopyrum nomi-
ne: est autem tritico (interpres Cornarius πέριον, non
πτυχήν, id est, furfuribus, legit; cuius malim lectionem
sequi.

sequi; præsertim cum codices exstant, in quibus sic scriptum reperitur, similis ubi arescit, folio parvo velut olea, sed longiore. Galenus in glossis λαγωπος, tum per λαγωπην exponit, & obscurū per æquū obtcurum interpretatur. λαγωπης, inquit, η λαγωπητη καλεσθη βοταιη. Alii lagopoda Dioscoridis Pliniique putant. Neuter hujus tradidit ullas notas; sed uteisque, tanquam vulgarissimam herbam, ejus delineationem omisit. Dioscorides lib. 1. cap. 17 & Plinius lib. 26. cap. 8 Pro lagopode recentiores ostendunt plantam cuius effigiem addendam curavimus, quæ in pilosa spica glumas villosasque quasi arillas mollicellas, leporini pedis hirsutiem & colorem æmulantes, habet. Tritico cum arescit multo similius alopecuros quam lagopus, idque quia & folium, & culmum tritici simile gerit alopecuros; lagopus vero culmū tritici, folium trifolio simile; lagopi vero folia olivæ similiora quam alopecuri, sed minora oleaceis fert lagopus, ternaque è viticulosis caulinis. Majora oleæ fert alopecurus, cuius & oleæ comparari possent, si latiora & minora paulum forent. Ultraque ulceribus cavis replendis satis aptam fert spicam. Alopecurus vel major, vel minor reperitur. Major spica est rotundiore, minor longiore: Variat hæc in magnitudine & spicarum longitudine, quæ in altera longior, in altera brevior & rotundior. Est & altera alopecuros Lobelii major, spica longiore, quam alii juncum marinum gramineum, foliis schoenanthi appellare malunt; Lagopi etiam genera nonnulla. Trium icones adpingi curavimus, & hæc Batavo in solo maxime reperiuntur. Lagopus five pes leporinus minor. Hujus spica colore variat: nam lutea,

Lagopus minor.



sed rarius videtur, sœpius cineritia aut albescens, nuncquam rubescens. Memini me rubram purpuream vidisse. Magnitudine etiam variat. Nam aliquando major, aliquando minor spica conspicitur, sed solo hoc debetur; etiam & illud quod foliis aliquando latioribus, aliquando angustioribus reperiatur; nec non caulinulo altiore, & humidiore; frequens in segetibus, nec non locis siccioribus ac aridioribus (non tamen omnino sabulosis) reperiatur. Alterum genus lagopum folio pinnato vocant. Hujus varietas in folio, quod marcescens in calidioribus regionibus nitore, laevore ac striis elegantissimis avium pennas imitetur, foliis filicis osmundæ par. Tertium genus lagopum folio & facie trifolii pratensis vocant. Quartum genus describit Lobelius, & angusti folio lagopum vocat.

Lagopus major alter Dodon. sive Lagopus folio pinnato.



Lagopus major folio trifolii Dodon.



Non tantum spicata est θειακη tertium verbasci genus, sed omnia verbasca, eo tantum excepto quod salvifolio est, verbascum: φλόμος Græcis dicitur, à φλέω uero. φλόμος itaque, quasi φλόγη flamma, quod hujus foliis caulinibusque pro elychniis uterentur. Apud Suidam φλόμος legitur; φλόμος βοταιη η και απειδωση ζενητης.

Phlomos herba cuius pro elychniis usus est. *Aelianus* in *stagnum verbasci folia*. Apud eundem etiam legitur *Phlomos* *verbasca*. Et sic apud Aristotelem scribitur lib. 8. *Hist. Anim.* Quibusdam etiam *phlomos* dictum verbascum fuit. Gal. lib. 8. *simpl. phlomos*, *in* *ol* *Δέ* *π* *γεράφεστις καὶ λίγοις*. *Phlomos* *quidam* *per* *π* litteram scribunt *ε* profertunt. Candelaria recentiores vocant; quod caulis adipe, sevo, vel pingui aliquo illitis, nonnulli pro candelis sive funeralibus utrantur. Officinis tapis barbatus, vel, ut aliis placet, taxus, quod toxicacis adversetur. Vide de *I* *haplo* *plura* li. 9. ubi de *glycyrrhiza* & *Thapsia* *nobis*, *sermo*. *Barbatus* à *denta* lanagine qua candelarienti bombacei inita, aluntur & concinnantur, dicitur. *Marcellus* *Empyricus* verbascum lucernarium vocat. *Etymon* quilibet facile videt. Verbasci plura sunt genera, de quibus haec breviter *Galenus*: *H* *ιδρό* *ης* *εἰς* *φύλλοις* *λευκή*, *η* *μελανία*. *καὶ* *τὰς* *λακτῆς* *η* *μόρ* *αρρέν*, *η* *τὰ* *φύλλα* *επιλάσσεται*, *η* *βούλης*, *η* *μεταξύ*. *η* *ταχίς* *ταῦ* *ταῖς*, *επιτρα* *φλόμος* *αρρών* *τραχεούρωμα*, *χρυσοτείν* *δ* *ισι*, *η* *μηλίζεται* *τὰς* *άνθοις*. *αλλα* *δὲ* *ης* *ισι* *ταῦ* *ταῖς*, *η* *ιδας* *φλομίδα* *η* *θευκαλίδα* *τραχεούρωμα*; *Quedam* *foliis* *alba* *est*, *quedam* *vero* *nigra*, *ε* *alba* *quidem* *mas* *est*, *cujus* *folio* *angustiora*: *femina* *cujus* *majora*; *ε* *preter* *has* *est* *alia* *Phlomos agria*, *id* *est*, *sylvestris* *cognominata*, *flores* *babet* *aureos* *ε* *luteos* *sive* *melinos*: *sed* *ε* *alia* *preter* *has* *est*, *quam* *proprie* *Phlomida* *nominant* *ε* *Thryallida*. *Diolcorides* duas *phlomides*, & *præter* *has* *Thryallida* *luculenter* *satis*, *uti* & *genera* *reliqua*, *describit*, lib. 4. cap. 10. *inquit*, *Φλόμος* *τὴν* *μὲρ* *σιναίτιο* *Δέ* *φορεῖ* *εἰς* *επιτρα*. *η* *μόρ* *ράβε* *ισι* *αυτῆς* *λικνή*, *η* *θευκαλίδα*; *καὶ* *τὰς* *λακτῆς* *η* *μόρ* *θύλακος*, *η* *δὲ* *αρρέν*. *Της* *μόρ* *ἐν* *ηλείαις* *τὰ* *φύλλα* *παραπλήσια* *ισι* *κραφίδη* *δαστισσε* *δὲ* *πολλᾶ*, *καὶ* *πλατυτέρη*, *καὶ* *λινοῦ* (*Oribatius* *λευκότριχη*) *καλλώ* *πτυχιαν* *θευκαλίδα* *λινοῦ*, *πτυχιαν*, *ἄλι* *λευκη* *η* *πτυχη*; (*Oribatius* *ιανόχλωρα*) *απίκεμ* *μέλανος*, *ρίζα* *η* *μελανή*, *φυσιὴ*, *πταχος* *χρουσού* *δάκτυλου*. *Φυτεῖται* *εἰς* *πεδίοις*. *η* *δέ* *αρρέν* *κραλουμένη* *λινού* *φύλλος* *παραπλήσιης* *η* *ε* *πτυχιαν* *τῶν* *φύλλων*, *ε* *τῷ* *κυνίῳ* *ἡλιστότερη*, *η* *μελανεύσ* *όμοιος* *ταῖς* *λινοῦ* *καὶ* *ταῖς* *πτυχιαν* *πλατατυφυλλότερη* *μόρ* *εἰς* *η* *μελάντερε* *τοῖς* *φύλλαις* *ιστάσεις* *γίνεται* *δὲ* *η* *λευκώμιν* *αρρέν* *ράβδος* *υψηλὸς* *φίρεον* *απε*, *καὶ* *δέ* *μάρδεις*, *φύλλα* *εἰλειτρόφακο* *έ* *μεσα*. *Ἐχει* *δὲ* *κλάνης* *ταῖς* *ράβδοις* *άποτελεσθεῖσι*, *αἱρετο* *μέλινον*, *χρυσοτείν*. *εἰσι* *δὲ* *η* *φλομίδεις* *διπλαῖ*, *διπλαῖ* *πλατυφύλλης* *τῇ* *γῇ*, *φραγγίλα* *έχουσα* *τὰ* *φύλλα* *η* *στριψ* *φλόμος* *κραλουμένη* *λυχνίτης*, *καὶ* *δὲ* *πτω* *θευκαλίδα* *φύλλα* *η* *δέ* *η* *επιτρα* *διπλαῖ* *τοῖς* *φύλλαις* *η* *δέ* *η* *επιτρα* *διπλαῖ* *τοῖς* *φύλλαις*. *Verbasum* *genera* *summa* *habet* *duo*: *siquidem* *hoc* *album*, *illus* *nigrum* *est*: *rursumque* *in* *albi* *genere* *alterum* *mas* *est*, *alterum* *femina*, *ac* *femina* *quidē* *folsi* *sunt* *brassicae*, *at* *pilosiora* *multo* *latioraque*, *ε* *candida*; *caulis* *cubitalis*, *aut* *amplior*, *albus*, *subhirsutus*: *flores* *candidi*, *aut* *quadantenuis* *ex* *luteo* *pallecentes*: *semen* *nigrum*: *radix* *longa*, *gustu* *acerba*, *crassitudine* *digitii*: *Nascitur* *in* *campestribus*: *Qui* *vero* *mas* *appellatur*, *albis* *est*, *oblongis*, *angustioribusque* *foliis*, *ac* *tenuiori* *quoque* *caule*. *Nigrum* *autem* *albo* *prosuum* *effet* *simile*, *nisi* *latioribus* *nigrioribusque* *foliis* *constaret*. *Est* *ε* *verbasum* *sylvestre*, *virgas* *gerens* *altas*, *ε* *arbore* *specie* *lignosā*, *folia* *salvie*. *Habet* *autem*, *ut* *marubium*, *verticillato* *circa* *virgas* *ambitu* *florem* *luteum*, *auro* *similem* (*vulgatum* *si* *velinus* *sequi* *lectionem* *interpretandum* *foret*; *ε* *ramos* *in* *virgis* *habet*, *quod* *ineptum* *est*. *Oribasius* *legit*. *φύλλα* *εἰς* *επιτρα* *φάκην* *όμοιος* *η* *καὶ* *κύκλω*, *τοῖς* *ράβδοις* *άποτε* *τετράσιοι*. *In* *altero* *vetusto* *etiam* *codice* *αἱρετο* *κλάνης* *scribitur*, *διπλαῖ*; *pro* *quo* *forte* *reponendum* *αὐτὸν* *τετράσιον*. *Saracenus*, *cujus* & *nos* *lectioni* *subscribimus*, *unica*, *tantum* *vocula* *mutata* *vulgatam* *retinet* *lectionem*; *ac* *αἱρετο* *κλάνης*, *legit* *κύκλω*. *Neque* *enim* *foliorum*, *sed* *florum* *potius* *situm*, *circa* *virgas* *hic* *depingere* *velle* *videtur* *Dioscorides*, *qualem* *nimirum*, *&* *in* *utroque* *marubio* *descripsérat*, *dum* *marubio* *quidē* *nigri* *flores* *diceret*, *επεικεῖται* *θύες* *κακῶν* *τρεχοῦσις*, *albi* *verò*, *όμοιος* *αὐτὸν* *ένεστος*. *Addita* *insuper* *figura* *sic* *sese* *flores* *hujus* *verbasci* *habere* *satis* *ostendit*.) *Sunt* *porro* *ε* *phlomides* *duæ*, *hirsutæ*, *humiles*, *rotundisque* *predite* *foliis*. *Tertia* *præter* *has* *est*, *qua* *lychnitis* *vocatur*, *ab* *aliis* *Thryallis*, *foliis* *ternis* (*foliorum* *numero* *vetus* *caret* *codex*) *quaternisque* *aut* *etiam* *pluribus*, *crassis*, *pinguibus*, *ε* *hirsutis*. *ea* *ad* *lucernarum* *elychnia* *apta* *est*. *Videt* *Lector* *in* *distinguendis* *verbasci* *generibus* *Galenum* *sequi* *Dioscoridem*, *præterquam* *quod* *Phlomida*; *&* *Thryallida* *unum* *faciat* *genus*, *cum* *Dioscorides* *duas* *Phlomides*, *ac* *unum* *ab* *eo* *diversum* *θρυαλίδη* *vocari* *scribat*. *Plinius* lib. 25. cap. x. *aliam* *à* *Dioscoride* *&c*

Galenus dat verbascorum differentiam. Et enim cum Dioscorides & Galenus verbascum distinguant in album & nigrum, alburnque subdividant in marem & foeminam, hic album marem scribit, nigram foeminam, ac tertium genus brassicæ folio, quod Dioscorides foeminam vocat, quasi à foemina diversum foret, describit. Sic inquit, *Verbascum Græci phlomon* vocant; *genera habet prima duo*; *album, in quo mas intelligitur*; *alterum nigrum, in quo foemina*. *Tertium genus, non nisi in sylvis reperitur.* Sunt folia brassicæ latiora (hæc de foemina Dioscorides, ac in campestribus reperiri scribit) pilosa, caulis erectus, cubitali amplior. *Semen nigrum, inutile.* Radix una crassitudine digiti; *Nascuntur et in campestribus; Sylvestris folia elelisphaci, alta, ramis lignosis. Sunt et phlomides duas hirsutæ, rotundis foliis, bimiles.* *Tertia lychnitis vocatur, ab aliis Thryallis, foliis ternis, aut cum plurimum quaternis* (& hoc præter veritatem, & à Diocoridis mente alienum) *crassis pinguibusque, ad lucernarum lumen aptis: Ajunt in foliis ejusquam foeminam diximus, fucus omnino non putrescere. Distinguui genera hæc penè supervacuum est, cum sint omnia penè ejusdem efficiens. Hæc Plinius. Alia ab his plane diversa, tradit verbasci genera Nicandri scholiaestes, vel, quod veritati magis consonum, turpiter lapsus est. Hæc ad hunc Nicandri versum.*

Δάσος καὶ περιόδουν, ἵδι φλόμει ἄρρενος αὐτῷ. Accipe ryracanthen et verbasci masculi flores. Τοῦ εἰς φλόμεων δύο ἴδη ὁ διέφερος φυτὸς εἶναι, ἀρρένος φύλου, ἀπεικόνιστα φυτὰ ἔχειν Αἴγαρος. τὸ μὲν γὰρ ἔχει τὸ φύλλα ὅμοια μαραζόσι, μακρύτερα καὶ λεπτότερα. Τὸ δὲ ὀνομασθεῖσαν. Verbasci duo genera inquit esse Theophrastus, marenney, pe et foeminam, ac has ut Crateras inquit, differentias habent, quod folia masculinico similia, sed longiora et tenuiora habeat; foemina vero Coriandri foliis spectetur. Hæc præter veritatem esse auctores jam citati, etiam experientia testantur, nec refutatione ulla ac probatione ulteriore opus est. Verbascum foemina folia habet ampla, lata, magna que, enula facie, cana; molliq; lanugine obducta, ad instar gnaphalii, ac æthiopis. Caulem gerit triū quatuorve cubitorum altitudine, à sui medio, summo tenus, floribus

**Tapsus barbatus fœmina
flore albo.**



Verbascum foemina flore pallido.



stipatum albis, vel subpallidis odoratis, radix pollicari est crassitudine.

Mas foliis constat incanis, sed minoribus; caulis quandoque trium, vel quatuor cubitorum conspicitur magnitudine, floribus odoratis, foeminae similibus; sed minoribus. Nigro verbasco nigricant folia, haud quam lanuginosa aut mollia, sed aliquantulum alpera, & nonnihil graveolenta, magnitudine foeminae: singulares caules respondent: flores quoque assimiles, lutei, staminibus in medio, nec radix differens est. Sylvestre verbascū illud est, quod vulgo phlomos, sive verbasco salvi folio Mathioli vocant; foliis est scabris, albidis, aliquantum hirsutis, salviae similibus, quadrangulis, in virgīs lignosis, bicubitalibus, ac interdum multo majoribus; flores verticillatim superiores caulinulos ambient, patentibus lamii floribus similes, sed majores & colore lutei, radix nigricans & lignosa. Lugduni Batavorum in horto Academicō vidi hoc verbasco humanam altitudinem superare; in nostro quotannis floret, verum tantum bicubitale est. Huic simile quod φλομός λυχνίτης vocant. Folia hoc salviae tenuifoliae penē similia fert; longiora tamen & angustiora, crassiuscula, candicantia, inferiore parte denfa, & fere alba lanagine (quae in altera non usque adeò conspicua) prorsus obsita. Inter hæc caulinuli exent drodrantales plerumque, interdum paulo maiores, quadranguli, villosi & candicantes, è quorum geniculis bina folia longiuscula, superioribus similia, inter se opposita alternatim nascuntur; caulinolorum fastigia breviora habent, & sedē latiuscula: flores lamii, lutei coloris, circa extremos caulinulos verticillatim ex densa lanugine, & quasi villis quibusdam pallidis prodeunt, coma plerumque inflexa & nutante; radix nigricans in altum demittitur, fibris conveftita. Hoc genus phlomon lychnitin quidam Dioscoridis esse credunt, de qua mox. Phlomides quidam putant esse eas plantas, quas vulgo primulas veris vocant. sed his nec folia rotunda, nec hirsuta. Ultimum genus vulgo lychnitin, sive θρυαλλίδης Dioscorides vocari ait. Jam dixi quosdam pro lychnitide habere verbasco salvi-tenuifolium, idque quia ejus folia non modo sicca, sed etiam recentia oleo imposita ellychnii vicem supplere possint, si accendantur. Theophrastus θρυαλλίδης inter spicata recenset, quæ nec acutam, nec aristatam gerunt spicam. Verbasco hoc spicatum an dici possit, meritò in

dubium vocari posse, descriptio data & icon satis ostendunt. Thryallidis folia pingua, inquit, Dioscorides: hujus scabra & macra, quæ crassa dici nequeunt. Quod Mathiolus pro lychnitide ostendit, id nobis proximè ad descriptionem accedere videtur. Spicatum genus hoc

Verbascum lychnites Mathioli, mas
alter Lobelij.

Verbasco mas prior Lobeijl.



foliis verbasci maris pinguibus, molli canaque lanagine obductis flosculos fert luteos interdum; sed rarius albos. Insuper à mari differt, quod plures ostendat spicas, hoc est quod caulis in plures, parte superiore, ramos dividatur. Clariss. & Celeberrimus Botani-

CUS.

eus, ac in re botanica facile princeps lychnidem coronariam, de qua supra, Thryallida esse contendit, in super lychnitum flore esse rubro, idque quia Nicander in Theriacis cecinit

ἔστατε λυκνίς ἔνερθεν, ἐρευθέστη θρύαλλις.

Lychnideque inferna, rubraque Thryallide natum.

Rubrum dicit poëta; non quod torus flos ruber sit, sed quod lineolas quasdam rubras habeat. Lychnidem hanc non esse θρύαλλιδη probatur, quod foliis conitetur nec crassis, nec pinguibus. Et quod maximè cogit à Clariss. viri sententia abire est, quod nec spicam, nec spicæ simile quid ferat. A verbasco ad Æthiopidem venio, quod verbasco comparari à Dioscoride capite sequenti video. Immo inter verbascum à nonnullis ponit, ac ab aliis vocari Æthiopum phlomitem. De Æthiopide hæc Dioscorides, *Aἰθιόπης καὶ αὐτὴν τὸ θρύαλλον φλόμων ἔχει τὰ φύλλα διπλά σὲ λαβεῖ (Ald. n. 12. t. 1) οὐ πυκνὰ, εὐκληροῦ τὸ πυκνικά τῆς πίκρας καυλὸν πεπογχυτόν, παχὺν καὶ τραχύν, τονόν τον περιττοτέραιον η̄ αρκτίαν μερισμάτων αύτον τον πατέσ. καρποὶ δὲ τοῦ περιγόνος οὐδέπου οὐδὲ εἰς αὔξεσθαι μήτε δέσποτε τὸ πυκνόν πεπογχυτόν, μερισμός παχύτερος καυλῶσιν. μικροὶ τοιούτοις οὐδὲποι περιγόνοις οὐδέπου οὐδέπου. τολμεῖ δὲ γανάτα τῷ τὸν Μεσογεῖον εἰ τοιούτη ιδεῖ. Æthiopia folia etiam habet verbasco similia, per quam bursaria, densaque, & circa imam radicem orbem conscientia: caulem quadrangulum, crassum, & scabrum, similem apiastro aut arctio, multis concavum alis. semina, ervi magnitudine, bina in singulis conceptaculis; radices ab eodem cespite numerosas, longas, crassas, & gustu glutinosas, quæ siccæ nigrescent, duranterque ut cornua videri possint. plurimam in Messenia & Ida nascitur. Hæc de æthiopide Plinius lib. 27. cap. 4. Æthiopia folia habet phlomo similia, magna, & multa & bursaria ab radice; caulem quadrangulum, scabrum, similem arctio, multis concavum alis: semen ervi simile (Dioscorides magnitudine) candidum (hoc unde habeat Plinius: ignoro, nigrum semen habet planta quæ vulgo pro Æthiopide ostenditur) Radices numerosas, longas, plenas, molles, glutinosas gustu. Sicca nigrescent, duranterque (opt. codex indurescunt) ut cornua videri possint. Præter Æthiopiam (nec hoc Dioscorides) nascuntur, & in Ida monte Troadis & in Messenia, colliguntur autumno, siccantur in sole aliquot diebus, ne situm sentiant — sed que ex Æthiopia venit, eximia est. Idem Plinius lib. 24. cap. 17. Æthiopida in Meroe nasci, ob id & meroidem appellari folio lactucæ hydropicæ utilissimam. Vel fallitur Plinius, vel aliam quam Dioscorides Æthiopidem describit. Æthiopidem Plinius dictam putavit, quod optima in Æthiopia nascetur. Id ex verbis ciratis colligi potest, ac ex præfatione libri 27. Itemque Æthiopidem ab exusto sideribus axe alias prætere aliunde ultro citroque humana saluti in toto orbe portari, immensa Romanæ pacis majestate. Alii, cum viderent præter Plinium meminem tradere in Æthiopia provenire, vel inde adferri; per anthiphrasin hoc nomen indutum putant, quod candida sit tota planta. Ob candida, molliaque folia, nec non caules, Monspeliensis coronati vocant. (si modo ea planta Æthiopis cui vulgo nomen illud damus.) Alii Æthiopidem dictam credunt, quod fuliginosa sit, ac quasi cinere aspersa. Αἴθοψ enim Græcis fuligo, sive savilla adulta. Nec desunt qui à nigra radice nomen accepisse putant. Horum, ut etiam Plinius, improbamus opinionem. Æthiopis vulgata satis planta, foliis constat latis, mollibus, albidis, lanuginosis, verbasci similibus; sed candidioribus, copiosioreque lanagine pubescentibus, per margines sinuosis, serratis, magna ex parte orbiculariter humili decumbentibus. Caulis quadratus, hirsutus, incanus, cubitalis, nonnunquam sesquicubitalis, in ramulos sive alas distributus: Circa*

quas flores per intervalla ordine digesti, candidi, cunctum referentes, lamii floribus similes: Semen hormino non dissimile; plura in uno vaseculo, non bina, ut Diocorides scribit, nec ervi magnitudine, sed minora paullum. Radices habet longas, quæ antequam caulem proferat planta, glutinoæ & vilcidæ sunt, secus postquam in caulem abierit, eadem exsiccatæ nigrescent, ac duræ admodum fiunt; non tamen adeò ut cornu duritiem acquirant. Nec hanc mentem Diocorides esse puto; verum duras esse, formamque cornu non dissimilem ostendere. Qui hanc phlomon lychnitum putant, à verò aberrant; quod nec folia pinguis, sed squamula ferat. Altero à faro anno planta hæc caulem, florem, ac semen fert, ac deinde ut plurimum perit, rariusque luperites manet. Hyemis saevitiam apud nos tolerat, nec unquam persisse observavi. De hac Plinius lib. 26. cap. 4. *Super omnia adjuvare cum magicæ Vanitates, in tantum evectæ, ut abrogare herbis fidem cunctis possent. Æthiopide herba amnes ac stagna siccari conjectu, taclu clausa omnia aperiri.* Fidem superat quod Cogheus scribit lib. 2. cap. 24. *Quid in Æthiopide appetat, cuius vi clausa aperiantur?* At ajunt tamen aperiri, recenti etiam Veneris insignis furis exemplo. Quæ res nisi prævorum potius demonum vim sequitur (quod maximè arbitramur) non habebit aliam causam, quam formam. Hæc si vera forent, & hac si polleret virtute Æthiopis, apud Batavos laqueo poenas non luerent fures. Quippe non solent laqueo puniri, ni plura claustra fregerint, fenebras, tuncque vi aperuerint.

Plantaginem non particularim, sed per totam spicam flores edere, ad instar tritici, scribit Praeceptor; cum tamen eodem hoc capite contrarium scribere videatur. Ex singulis enim floribus proventum prorogare scribit. Id quod in vulgata plantagine, maximè in rosea observare licet. Dicendum stelaphurum, & arnoglossum vulgare, plantas diversas esse. Id quod ex hoc Theophrasti loco satis clarè percipitur. Quia vulgari plantagini similitudo cum cauda; vulpina huic stelaphurum similem esse inquit Theophrastus, nisi quod alopecuros particulatum, non per totam spicam, uti stelaphuros, flores profert. Insuper flos plantaginis neutiquam lanuginosus, etiam acuta ejus est spica, cum nec acutum, nec aristatum stelaphuri spicam scribat Theophrastus. Denique quæ plantagini cum tritico similitudo? Theophrastus stelaphuron tritico similem facit, nisi quod foliis sit latioribus. Quæ stelaphurus sit planta me ignorare fateor. Fortassis non multum à verò absunt qui triticum vaccinum vulgo dictum pro stelaphuro habent. Caulem gerit cubitalem, aut minorem, in alas divisum; folia oblonga, acuminata, nigricantia, per oras ferrata, osyridis vel rubiæ latiora, quæ tametsi dispari magis ordine, tamen stellarim oriuntur. Spicas in summum caulinum latas, crassas, aspectu pulchras, caudæ vulpinæ non usque adeò dissimiles, foliorum flororumque è cæruleo purpureorum plena; quæ postquam defloruerint, ex luteo ceruleoque permistis virent, ac complures folliculos latos profert, in quibus bina ut plurimam semina, triticeis similia, sed minora nigrioraque. Variat hæc floris colore, vel est inferne supernè puniceo medio candidis foliis laciniatis, vel inferne puniceo, supernè luteo, foliis minoribus: vel flore luteo in summo albidente, vel inferne candido, supernè luteo, vel ex albo viridique mixto. Reperitur & alia tritici vaccini species, quæ dodrantem aut sesquiunciam vix superat, tota facie superiore præsert: Sed flos illi luteus, & folia altius divisa, coronopo propria. Et hac de causa fortassis ortygos nomen ei datum. Alii triticum vaccinum pro melampyro Theophrasti habent, quorum opinionem libro sequenti examinabimus.

ΚΕΦ. ΙΑ.

C A P. XI.

Cichoracea omnia annuo folio constare. Item de caule cichoreæ, id est intubi. De porcellia, aphaca, amaragine. Hincrepetitio differentiarum radicum. De astula regia, epimenidea, scylla, aro, dracunculo, ense, Theseo.

TA' δὲ κιχωριόδη, ταῖς ταύτηις ἀπολειόφυλλα
η̄ μήτε φυλλα. βλασταῖς δὲ μετεὶ πλειάδα
τοῖς τῆς αφάνης. τοῖς δὲ καυλοῖς η̄ ταῦς μήτε
* αἴρεται. μεριάλας ἔχεις Διαφορές. * οἱ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων

Cichoraea vero omnia folio annuo, & ab radice foliata sunt. Germinant post vergilias, aphaca excepta. Sed caulis atque radicibus differentias magnas habent. Quippe cum ceterorum caules simpliciores minoresque exurgant. Cichoreæ, id est

* λόβον, ἐν φατερμα τοι πα ακρα των καυκων. η
Βασ. ή τι ωσχοιεις λειτοτερη και η μερωτερη τη μεσοψεις
τι ωσχωρης Ε γλυκυπιερη, και όχι ώσερη ή χαρδεσις αλλα το
Al. Bas. ολον όχι εδάθιμοι. αυτη γαρ αβρωι Θ. και στη ριζη
† κορδευλλα, δερμια όπων εχει και πολύν. αβρωι Θ. μειε και πικρη η
αφάκη. πρωι αιθει μειε, Ε ταχι γρεσονει και διπο-
πιπωτητη. ειτε αλλο φύεται πολιν και αλλο. και τητο
πιρού ολον πιει τον χειμωνα και το ξαρ, αχει τη θερετη.
το δι ανθ Θ. μηλινοειδης. αισαντως μειε και πικρης και
γαρ αυτη τη γηλι αιθει, και ανθαπλησια δι ολη τη
χειμων Θ. και τη θερετη ταχινει. τη γευση μειε πικρη.
διο και τανομα ειληφε. Κατα μηδι θνετη πινης της
Διαφοραις. πινητεον μειε ως ελεχθη και των αλλων
λαμβανειν ομοιως πολιν μειε τη γεν Θ. ειτε Ε των ομο-
κορριζων ή κεφαλοριζων. αι ταχις τη αλλα Ε * καθ-
ιαντας της Διαφοραις εχει, πιζας πε και φύλλων, Ε και-
αντης τη αλλα λοις, και ταις αλλαις μορφαις. των γαρ φιζων, ωστερ
ειρηται από τερον, αι μη λεπυρωδεις, αι ή σπρκαδεις. Ε
αι μη εχχασι φλοιον, αι δι αφλοιον. επι μειε αι μη
σρογγύλαι, αι μειε σφουρηνεις. Ε αι μηδι εδώδιμοι, αι ή
αιρεωται. εδώδιμοι μηδι γαρ όμονον βολεωι, Ε τη ομοια
της τοις αλλακη ή τη ασφοδελεις φιζα, και της σκύλλης.
ωλικο και πιστη, αλλα της Επιμφιδεις και λαμένης,
διπο της χρήσεως εχει της πιεσηγεριαν. αντη ή ενο-
Φυλλοπιερη τη και λειτοτερη των λοιπων εινι εδώδιμος ή
και τη αρρ, και αντη και τη φύλλα πιεσηφεψηντα εί-
σησι. και εινι ή μεια πη πιεση πιερη μηρυματα αιχανη
πιερη της της αυξησην αυτης οταν διπο φυλλιζησιν. εχει
η μέση σφόδρει τη φύλλων. ο ανορύζατης, σρεφετη
σπως αι μηδενι βλαστην, αλλα παζα εληη της τρο-
φων εις εαυτην. ο και δητη των βολεων πινης πιεστησι-
† Δερμοτης πιεντε. ή ή τη δερμονης (καλληστοιρη ή πι δερκεν
† Δερμοτης ποναρον, Διει το των και λανεν εχειν ινα πικιδια) αιβ-
ρωι Θ. και Φαρμακωδης. αλλα ή τη φασγανης και
λαμενη γλυκεια τε εψηθεσι. και τε φθειση μηνυ-
* πολλας ή
ευρισκοντος
σκολοπιας.
Alb. Bas. πολλας μειε
ωστερη της
σκολοπινδρα.
πολλας ή
σκολοπιας,
χωρει γαρ Ε + πολλας μηκεσι
της η πιπει,
τη μηδι γευση πικρη,
τελβομενη ή ποι-
λισιο ψωκαθαιρει.
Φαρμακωδης ή πινης ειση ή επε-
ειη πολλων ή τη Φαρμακωδης όπε εδώδιμοι. και
πινης φιζα τη.
πολλας μηδι συ ταις φιζαις αι Διαφοραι.

intubis magnus, multisque ramulis brachiatius, latus
item, & dividi contumax est. Quia de causa pro vin- + Agnata
culo eo utuntur. † Radice quoque germen laterale multaradix
emittere potest, & aliòquin radice prolixum est, quin magna
ideoque emori contumax. Decerptis enim quae ad + Fert &
usum cibarium sumi solent, reliquum generationis folliculum
rursus capescit principium. Evenit autem ut pars e- in quo Hy-
jus alia atque alia floreat, idque assidue fiat usque ad pocheris.
autumnum: quanquam durus caulis esse videatur. la, sed in to-
† Fert & siliquam, in qua est semen circa postremas tum cibo
caulium partes. Porcellia * levior, & aspectu mi- non apta:
tior, & dulcior est. Nec ut candalia, quae omnino hec verò
ingustabilis est, & in radice succum lacteum, acrem, esui incepta.
eundemq; copiosum habet. Aphaca ingustabilis, & † Præma-
amara est. † Festinanter hæc floret. Sed celeriter turè.
flos senescit, atque lanugine pappo dicta marcescit. * Èst atque
Tum alias iterū provenit, atq; iterum alias: idq; tota tota præter
hyeme, vereq; toro, usq; ad aëstatem fit. Flos melini priorem ali-
speciem gerit. Simili modo vel † amarago se habet. um atque
Nam ea quoque vere florere incipit, nec secus hye- alium sub-
me tota, * vereque toto perseverat. Gustu amara est, inde edit
florem.
unde & nomē accepit. Horum igitur differentiæ ta- † Cortice
les annotantur. Sed tendandum, (ut dictū est,) reli- carent.
quorum etiam pari modo colligere differentias. Ge- † Esi
nus autem vel eorum, quæ radice carnosa, aut capi- tata creantur, amplum certe sentitur: quod & inter + Vt autem
se, & ad ceteras differentias, (uti retulimus) plera- hæc incre-
que fortitur; radice, folio, caule, atque reliqua for- mentum
ma. Radicum enim (vt dictum est, aliae squamis con- capiat, folia
stant, aliae carne: & aliae cortice vestiuntur, aliae amputan-
† nudæ adhærent. Item aliae rotundæ, aliae oblongæ: tur; quæ
& aliae vescendæ, aliae † ingustabiles. Vescendæ non huic admo-
tantum bulborum, atq; ejusmodi; verum etiam altu- dū magna,
læ regiæ, atque scyllæ. Non tamen omnis, sed Epi- eaque de-
menide vocatæ, quæ ab usu nuncupationem sortita flexa circa
est. Hæc angustiori folio leviorique quam reliquæ obruere so- plantæ non
constat. Ari quoque radix cibo idonea est: & folia lent, quo
ejusdem decocta in aceto, mandi nimirum possunt. in germina
Suavis autem & ad * fracta vtilis est. † Hæc, ut in- excrescat,
crementum capiat, cum foliis luxuriatur, quæ admo- sed totum
dum ampla sparguntur. Folia deflectentes ipsa cir- alimentum
cum obruere solent: quo planta non in germina ex- ad se trahat
crescat, sed totum alimentū iu suum attrahat caput. radix. Quod
Quod & in bulbis nonnulli in componendo face- & in bulbis
re assolent. Dracunculi autem radix (sunt enim qui nonnulli
genus quoddam dracunculi arum appellant, quod solent: dra-
ejus caulis varietatem habeat quandam) cibo incepta cunculi au-
penitus est, & medicis tantum commoda. Ac † ensif tem radix;
appellati radix dulcis est decocta, & trita farinæ ad- vocant au-
mista, panem dulcem atque innoxium reddit. tem arum
Rota tunda hæc est, & sine cortice, * capillamentis gethii dracunculū
modo fibrata. Per multas juxta eam scolopendras re- quendam,
periunt: gaudent enim ea herba, frequenterque con- quod ejus.
gregantur in eam. Thesei radix gustu amara est: tufa † Gladioli.
alvum purgat. Sunt & aliae quedam medicæ. † Ve- * Bulbulis,
rum pars major radicum neque medica, neque cibo seu adnatiss
idonea est. Et differentiæ quidem radicum hæ plurimis
sunt. gethii modo
† Immopene

m florem alium subinde edere. Alia vis est quam in eis.

περιστένειν, οἱ τοῦ αὐλαῖοῦ γένεα. *Hic esto aliud caput.*
Ταῦτα μὴ ὁν εἰ τοῖς Διδυμοῖς. *Neque enim jam τοῦ; καθ' ἄνθετον naturam scrutatur; id*
quod fecit hac tenuis in spicaceis, & cichoraceis: sed κατὰ
τοῦ. Ab radicum differentiis species partitur.

Ita, quod & alibi ei contigit, hic fluctuat. Quia etiam repetit ea quae supra dicta sunt. Deinde ab his radicibus retexet historiam denud taurugis ingessus.

JULII SCALIGERI AD CAP. XI.

TOIS δὲ Κανδίοις καὶ εἰ πέζαι. Theodorus legit, ταῖς πίζαις
Scribeιάτης, non θάτης. Quia subdit, ὃ δὲ πικρούεις
πίζαις, Ἐ pone δισμῷ, pro δισμῷ. Adeò longa radix est, ut
Veneti radicum vocent. Emenda λογοῦ: Ἐ agnoscε, λοβάρ.
Et ταῦτα σοις, ut supra: non autem ταῦτα ωργήσεις.

Kαρδιας videtur ea, quam καρδινα vocant aliis. In codice Serapionis scripta vox propriis accedit ad hanc Theophrasti: terminatio autem ad illam Dioscoridis, Chan-

Параскѣ. Felix verbum; significat enim præter pris-

Ἄργει τὰ δέλλα. Theodorus legit, καὶ τοῖς θαυμᾷ, καὶ τοῖς τὰ δίκαια.

Ἄρθρων, ingustabilis, Theodorus. Nimis arcta: Nihil est ingustabile, nisi quod sapore caret. Αἴθρων, cibo ineptum.

Πρός τὸν αὐτὸν αὐτὸν ὅπερι αποφύλασσωσι. Theodorus, hæc ut incrementum capiat, cum foliis luxuriatur. Diversus abit. Foliorum usum triplicem tradit Theophrastus. Nam & esculentum est, & valet ad rupe. Tertia utilitas est, non quam faciunt folia, sed quam fieri permittunt. Ablatis enim crescit radix. Ita τρίτη μὲν αὐτὸν, est tertia utilitas. Τὸ τρίτον, est nota finis. Modus utilitatis ibi: ὅπερι αποφύλασσωσι. Verbum sādē commodum: cum defoliaverint. Sicut & παῦθαι. Illud quoque castigatus debuit de Aro: quæ ampla spargunt. Non enim folia

spargit Aros. Et Græci sine ambitione, ιχει μήτε τὸ φύλλον. Et illa, δὲ τὸ επι τῶν βολβῶν πνευμα συγκέντησι. Ait enim, Quod vel in bulbis nonnulli in componendo facere solent. Minus Latinè.

Πολλὰ δὲ εἰνόπουλα τοῦ σκολοπέτας. Theodorus legit Scolopendras. Sane, quia mox ζει. Plinius cum radicis usum tractaret hunc, omisit Scolopendras. Quo loco animadvertisit φάρμακον hic cyperum ab eo appellari. Videbas Hermo-

*laum.
Πολλῶν δὲ εἰπει φαρμακάδεις. Theodorus, pars major radicum neque medica, neque cibo idonea. Inconsideratē admodum. Quis enim ex Theophrasti veritate, non videat mendacium Theodori. Aliud est παῦθαι, aliud, major pars. Immo vero pene omnes aut in cibum, aut in medicamenta recipiuntur.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Hoc capite cichoriaceorum historiam magna ex parte perstringit: ac primum omnia folio annuo, nec non ab radice foliata esse scribit. In memoriam revocet Lector quæ supra cichoriacea vocarit. Quæ propriè, id est, ab omnibus inter cichoriacea numerantur, anno folio constant; hoc notum est ac quilibet observare potest. Etiam παῦθαι sunt, id est folia ipsi radici annexa habent; quamvis, quod vulgo cichorium vocant, etiam caulem folius ornatum ostendat.

Cichorii caulem, radicemque describit. quod de sylvestri agat, Plinius auctor est. Is enim lib. 21. cap. 15. In Ægypto, inquit, proxima auctoritas cichorio est, quam diximus intubum erraticum. Nascitur post vergilias, floret particulatim, radix ei lenta. quare etiam ad vincula utuntur. Hæc examinanda sunt, ac cum Theophrasto comparanda. Cur dicat, in Ægypto cichorio proxima auctoritas est, sopra expoliatus. Intubum vocat erraticum quia Theophrastus scribit, κακώσαντα περιβλαστρόν, καὶ τὴν πίξιν, καὶ ἀλλας μαραζέσσον; quod radices longas, multaque emittat ac spargat, quæ sub terra vagantur, & prosperrunt, fibris erraticis, atque hac & illac decurrentibus, quibus fruges necantur. Hinc divinus Poëta in Georgicis, intyba obesse satis, cecinit; & amarant intuba fibris officiunt, aut umbra nocet. Ad hunc locum Servius Donatus dicit, quod male quidam intybum aveūn quandam, amari jecoris accipiunt: nam intyba dici cichoria, quarum radices multæ & tenues ambiunt segetes & necant. Fibri autem abusivè ait; quod radices intyborum hac atque illac currant, ut fibræ per jecur, id est, venæ quædam & nervi. Videt lector cur sylvestre cichorium erraticum vocetur. Eadem de causa ambulium vel ambulejam (ut apud Celsum legitur) ab ambulando vocarunt Latini. Plinius lib. xx. cap. VIII. Erraticum, quod apud nos quidam ambugiam (alterum exemplar, teste Pintiano, habet, ambulam; apud Celsum ambubejam scriptum est; pro quo ambulejam repono; quæ vox cum erratico intybo congruit) appellavere in Ægypto, cichorium vocant, quod sylvestre sit. Nascitur, inquit, post vergilias. Id Theophrastus non de solo cichorio, sive intybo sylvestri, sed de omnibus intybis, sola aphaca excepta, tradit. Radicem, inquit, habere lentam. Theophrastus verò caule lento donatum cichorium scribit, ideoque vinculi usum præstare. Nunc videamus, an cichorium vulgo dictum sit Theophrasti cichorium. Quod non videtur; idque quia lobum non fert, in quo semen; nisi dicamus λόβον vocari omne folliculum in quo continetur semen, & sic sane intelligi debet. Cichorium caules erigit cubitales, nonnunquam bicubitales, inferius teretes & hirsutos, superius angulis striatos, plurimisque adnatis ramosos, angusta cavitate pervios, donec viret lento, & fractu contumaces; folia habet circa jnām caulin partem dodrantalia, ferè per ambitum inæqualiter divisa, sinuosa, hirsuta, trium plerumque digitorum latitudine, & in mucronem desinentia, maximè summis virgis exuentia, quæ minora erant sunt, & paucioribus incisuris divisa; folia verò quæ ante caulin productionem à radicis capite exeunt, & per terram sternuntur, multo majora existunt, & obtusiora. Flores æstatis initio in foliis caulinis proferre incipit, usque ad Autumnum, rotæ modo in orbem circumpositis foliolis constantes,

colore cœruleis, uncia brevioribus, & in extremitate ferratis; stamina in medio flore, sunt ejusdem coloris; singuli autem flores unum tantum durant diem; manè enim prodeunt, vespere verò flaccescunt; semina post flores, in eisdem caliculis fert oblonga, & angulosa, fine pappis, hyeme excedentia. Radice nititur perenni, cubitali, bifida, vel trifida, superius minimi digitis crassitudine, carnosæ & candida, per quam lignolus transit nervus; folia incisa paucō lacte manant; tota herba amarum habet saporem, non tamen vehementem; Nascitur in campestribus, & asperis locis, circa regias vias & arva. Hæc satis ostendunt, quam diligenter Theophrastus cichorium descripsit, ac cichorium Theophrasti illud esse, quo vulgo utimur. Duplex hujus genus; unum foliis latioribus ac minus arrosis, velut intybi; sed tamen minoribus, ac non adeò levibus, & non nihil pilosis; alterum foliis laciniosis, & ad costam usque medianam utrimque incisis. De hoc referunt cichorio, quod neutquam tacendum putavi, quod flores cum sole circumagantur; præterea ex hisce flosculis sive sudum sive nubilū fuerit cœlum, horam diei semper animadverti posse. Interdiu enim dehiscent, sole occidente comprimi scribunt (quod tamen verum non vindetur; nam, ut supra dixi, pereunt, novo succedente.) Aliud insuper naturæ referunt miraculum, siquidem non tantum ad solis ortum & occasum se pandit, & recludit, flos; verum etiam cumulo formicarum abditus, ceruleum colorem in rubrum mutat, ac si terrore illarum erubesceret. Supra cap. 7. quæ Dioscoridis vulgati codices de cichorio habent, retuli. Hoc capite ea examinabo. Vulgatam lectionem confusam ac depravatam admodum, viri doctiores, Mathiolus ac Saracenus, ante nos animadverterunt; alter hoc, alter illo sensu restituenda Dioscoridis verba arbitratur. Mathiolus in hunc sensum legendum censuit, σίεις ἄρχεια καὶ καπιτών. ἀνὴρ ἀρχεια διοση. ἡ οὐρα πηκτεῖ, ἡ πικραρία παλεῖται. ἡ ἡμέρα παλατιφυλλοτέσσε, ἡ ἴνσημωτέσσε τῆς καπιτών. τῆς δὲ καπιτών διτὸν εἶδε. — Seris sylvestris & hortensis. Sylvestris quidem duplex, altera picris, quæ & cicchorion vocatur, altera sativa, latioribus foliis, & ori gravior, quam hortensis. Hortensis vero genus duplex. Saracenus verò legendum putat, σίεις διοση; ἄρχεια καὶ ημέρας. ἀνὴρ ἀρχεια πηκτεῖ, ἡ πικραρία παλοσμέτη, ἡ καπιτών καὶ παλατιφυλλοτέσσε καὶ ἴνσημωτέσσε. τῆς ταῦτης δὲ διτὸν εἶδε: ἀνὴρ γάρ τις θεοδακωδέσσε, καὶ παλατιφυλλοτέσσε, ἡ σενόφυλλο & ἵππηρο. Seris duum est generum, Sylvestris & sativa. Ex his sylvestris ea est quæ picris & cichorium appellatur; altera quæ hortensis est, & latioris foliis, & ori gravior. Et hæc quidem rursus genere duplex. Siquidem una est lactucæ similius & latefolia, altera angustiori folio & amarulenta. Hoc modo, inquit Saracenus, intubus unus sylvestris seu erraticus, & sativi duo describuntur. Illo (scilicet quem Mathiolus edit) sylvestres duo, è quibus unus sativus, seu domesticus dicitur; & hortenses totidem. Quasi verò (quod planè ineptum est, nimiumque ridiculum) sativum intybum ab hortensi distingui oporteat; ac non potius unus idemque sit sativus & hortensis, ημέρας & καπιτών. Hanc lectionem secutus est Oribasius, & verisimiliorem, ac magis ad veram accedere arbitramur. Cum Theophrasto tamen pugnat. Nam hic πηκτεῖ diversam à cichorio facit plantam. Quippe picris vere & hyeme florit; cichorium æstate usque autumnum.

Fortassis hæc differentia inter cichorium & picrim Theophrasti, quod cichorium vocat sylvestre feridos genus, sed jam cultu domitum, quale est quod sativum cichorium vocant, & serius floret; contra picrim vocarit, quod culturam nullam passum est, qualis planta est quam picridos nomine exhibeo, & maturius floret, ac multo amerior est. Sed picris Theophrasti planta ab hac diversa videtur; siquidem toto anno, id est, ut Theophrastus, hyeme, vere, æstateque non floret, sed tantum æstivis mensibus. Accedit quod cichorium & picris pro diversa planta apud Geoponicon autorem habeatur. Vide

Picris sylv:cichoreum.



quæ infra. Primum cichorei genus, sive quod sativum vocant, Hedynois Plinii esse viris doctis videtur; sic dictum, vel quod in cibo sumptum suaviores & jucundiores faciat animam, id est, suavem anhelitum praefert: vel, ut alii malunt, quod jucundum conciliat somnum. Aliis vero hedynois cichoreum luteum pratense foliis hieracii, dentis leonis facie. De hoc cichorei genere hæc Plinius lib. 20. cap. 8. Et *sylvestre* genus *hedynoida* vocant, *latioris* foliis, *stomachum* *dissolutum* *stringit* cocta: crudaque fistit alvum, &c. Intanta brevitate nihil certi affirmare possum. Sativa seris omnibus nota, endivia nomen habet; folia edit oblonga, lata, lœvia, ex albido virentia, lactucæ ferè æmula, teneraque, in ambitu crispa, ac fibrata: Caulis inter hæc assurgit venosus, rotundus, inanis, frequentibus alis brachiatus, & quo vulnerato lacteus profluit succus, nonnihil americans: Flores secundum caules ex multis foliolis commissi, colore frequenter cœrulei, raro candidi; Radix oblonga, candida, non absque adnatis fibris, post seminis maturitatem deficiens. Seritur intybum hoc in horis, & quod vere satum, celeriter adolescit, ac ipsa æstate florens semina profert, ac deinde perit. Julio vero sata, in hyemem restat. Septembri, aut Octobri folia, velut in orbem circumacta, summatim tenui ligamento vinciuntur, & fictili vase, harente semper, quo alimentū sugant radice, conduntur, ac sic tenera, nivisque instar alba redduntur, magnamq; amaroris partem deponunt. alii leviori sumptu contenti, colligatis prius foliis, terra duntaxat obruunt; alii solis stramentis operiunt. Quod non tantum olitoribus, sed & mulierculis notum. Finem ut tractatur de cichoreo imponam, illud considerandum restat; an ideo mori contumax sit, quod radice constet magna. Sed cum ipse Praeceptor hanc questionem

moveat libro secundo de causis, eo lectorem remitto. Illud mirum non est, decerpis foliis, floribusque radicem magis vegetam fieri, ac ad generationem novorum foliorum, nec non caulium validiore esse; conservatur enim multum alimenti, quod consumeretur à foliis caulibusque, &c. Quod de flore inquit, descriptio cichorei data satis declarat.

Supra cap. vii. diximus, ex doctissimorum virorum sententia, sonchum, & quidem alperum, cuius iconem addidimus, esse hypochœrin. Huic opinioni planè contrarius est locus hic Theophrasti. Etenim inter cichoraceas hypochœrin inquit esse aspectu mitiorem, leviores, dulciores; cum sonchus sit asperior, nec non horridior, nec reliquis cichoraceis dulcior. Caulem enim fert subrubentem, spinis horridum, foliisque con-

Sonchus sylv: asperior.



stat duriusculis, ac prægentibus aculeis per circumferentiam, spinosis. Rectius illi qui Hieracium Hypochœrin dicunt. Hieracium enim duplex est; majus & minus, teste Dioscoride lib. 3. cap. 72. & 73. ubi hæc refert. Ηερακιον τὸ μέγα καυλὸν αὐνὸς τοσχύν, ἵστερθρον, ἀκανθίδιον ψόκειον φύλλα δὲ ἵκει εἰς Διάσηματαν ἴπποχομήταν αργαῖον, στέκχω (interpretes στέκχω, &c sic apud Oribasium. Marcellus τιντλῳ βετε) ιψφερη τῷ θεοφίρειον, ἄνθη μάλιστα σὲ τὸ Φαλίοις ψόκειον. Cap. sequenti, Ηερακιον τὸ μικρόν φύλλα ἕχει τῷ αὐτὸν εἰς Διάσηματαν ἴπποχομήτα τῷ θεοφίρειον. καυλὸν δὲ αὐνὸς ηψφερη χλωρός εἰς ἄνθη μάλιστα πώλων θεοφεραῖον. Id est, Hieracium magnum caulem profert, subruberum, spinosum, utcumque concavum: folia vero fundit ex intervallis, lacinias rarioribus divisa, similia soncho per ambitum: flores luteos in oblongis capitulis. Et capite sequenti, Hieracium parvum folia quoque habet ex intervallis divisa per ambitum, caulinulos vero promit teneros ac virentes, in quibus flores lutei, in orbem circinati. Ad finem hujus capitis antiquis codicibus hæc adscripta refert Doctiss. Gonpius. Ε'χει δὲ καλὸν πεπλάτη πεπλάτη ζευτικόν περιφερεῖ ζευτικόν ἐπὶ αὐτῷ ομοια, τριγυμνοειδῆ, ἱχοτάτα τοσθέντας αὐτομεταποτας αὐτον — Habet autem ramulos multos ad porraceum, luteum, & purpureum colorem vergentes: & in cacumine similes: qui rotundæ figuræ intersecus, semina veluti flores habent. Hæc Marcello, & Saraceno meritò suspecta sunt; cum Cornario itaque ad notha ac spuria relegamus. Hieracii utriusque figuram videat lector. Sed majus inter cichoracea aspectu mitius & legius non est. Minor ergo oportet sit hypochœ-

heris, quod etiam non probo, quia folia etiam habet nonnihil aspera; arenosis & macris locis prouenit, folia vulgato Hieracio fert similia, sed minora & altioribus incisuris dissecta; cauliculi teneriores sunt, flores minores; radix brevis, veluti præmorsa, multas fibras de-mittit. qua de causa à Lobelio Hieracium radice præ-morsa vocatur. Majus caules promit complures, cubitales aut altiores, asperis qui convestiuntur foliis, ob-longis, digito latioribus, virentibus, exiguis spinis, instar foliorū mollioris sonchi, per margines exasperatis: flores in cacuminibus lutei, qui in pappos resolvuntur. Hieracii nomen accepit ab accipitre, ut Plinius lib. 20. cap. 7. docet. Ex his (lactucis, cum quibus hieracium, glastum, aliaque turpiter confundit plantas) rotunda folia (Plinius deceptus vocis Ἑράκης significatione, pro ambitu rotunditatem vertit. Sic enim Dioscorides φύλα — Ἑράκης) & brevia habentem: sunt qui Hieracium vocent, quoniam accipitres scalpendo eam, suc-coque oculos tingendo, obscuritatem cum sensere, discutant. De soncho hæc Dioscorides, Στυχεῖον δὲ εἴδι. τὸ δὲ γένος αὐτῷ παραπλεύσεων καὶ αἰρετοῦ περιπολῆς. τὸ δὲ τευφερόντερον καὶ ιδιότερον; πουλὸς δὲ λευκόνδος (addit ex Orobatio Marcell. ταξιδεύοντος, etiam Plinius sic legisse videtur lib. 22. cap. 22. verba paulo infra adscribam.) οὐτοὶ κατέρρεοσ. φύλα τοιούτην αὐτῷ παραπλεύσεων καὶ αἰρετοῦ περιπολῆς. Sonchi duo genera, unum quidem agrestius atque spinosius, alterum tenerius, molliusve, & esculentum; caulis angulosus & intus cavo; interdum & subrubens; folia in ambitu per intervalla incisa. Sonchum spinoso, quidem, non tamen nimium spinoso folio ipse Theophratus cap. 7. hujus libri scribit. Quæ res satis ostendit Hypochœrin non esse sonchum. For-tassis est sonchi tertium genus, à Dioscoride descri-
ptum, ad finem capitis, ubi ait: ὁ δὲ ἵπερθεον γύγης ἐστιν τευφερός. δευτέρῳ δὲ εἰς τὸ παταγίνοντα. τὸ δὲ φύλα δεῖται τὸ πουλὸν (vetus addit εἰλαδὸς ἔχοντος) τετράδιον αὐτὸν. Est etiam tertius sonchus (id est, à prædictis aliis sonchus) istidem tener ac mollis, arborescens, latisque constans foliis, quæ quidem caulem in ramos excutentem distinguunt, sed & hic ad eadem pollet. Hoc sonchi genus non memini me observare. Cordus tamen & Anguillara se vidisse scribunt. Hoc genus, vel sonchus levis minor Hypochæris potest esse Theophrasti. Videamus quæ de soncho Plinius lib. & cap. 22. Estur & sonchus, ut quem Theseo apud Callimachum apponit Hecale; uterque albus & niger; lactuca similes ambo, nisi spinosi essent, caule cubitali, angulo, intus cavo; sed qui fractus copioso latte manet. Hecales hujus memini Suidas, Εκάλη, inquit, ὄνομα κύπελλον ἦν τοῦ Καλλιμάχου, ἡ τετράδιον καλέσσεται. εἷς δὲ τετράδιον αὐτῷ πουλὸν, inquit, est proprium Herois apud Callimachum, sic dicta, quasi ad se vocans; apertos enim habet muros. Fuit hæc anicula pauperissima, à qua Theseus olim adolescens comiter est hospitio suscepitus, ut Plutarchus in vita Thesei scribit. Pauperculam fuisse vel hi Ovidiani versus, lib. de remedio, ostendunt.

Cur nemo est Hecalen, nulla est quæ cœperit Irum?
Nempe quod alter egens, altera pauper erat.

Hinc natum adagium; *nunquam Hecale fies*; id est, *nunquam à paupertate ejusmodi oppressum iri quempiam*, *qua olim circumventa Hecale est*. Plautus in *Cistellario*

*Ecastro haud me pœnitet,
Si, ut dicis, ita futura es: nam siquidem ita eris ut
volo.
Nunquam Hecate fies; semperque istam quam habes
œstatulam*

Obtinebis.
Sed hac de re satis. Alia sunt majoris momenti confide-
randa in verbis Plini. Nempe quod utrumque la-
etucæ similem faciat, nisi quod spinosi sint sonchi, la-
etucæ spinis careat. Dioscorides contra, unum genus spi-
norum: alterum tenerum, molle ac spinis carere scri-
bat. Nec Dioscorides, nec veterum quisquam sonchum
utrumque album & nigrum scripsit. Σόγκος dicitur $\sigma\gamma\kappa\omega$
 $\tau\delta\sigma\omega\pi\chi\epsilon\iota\tau$, quod salubrem succum de se fundat, ad multa
utilissimum, ut stomachi æstuosas lancingationes, hep-
atisque obstructiones biliosas. Vel $\Sigma\gamma\kappa\chi\circ$ nuncupatur,
quasi $\sigma\mu\phi\delta$ ab inanitate caulium, Latini cicerbitam vo-
cant, Apulejus lactucam leporariam; quod quam le-
poris anima deficit æstu, hac sibi soleat mederi. Uterque
sonchus notissimus; quare nulla descriptione indiget.

Chondrilla nomen ab eventu inventum, quod callum quendam, tuberculo fabæ similem, & gummi grumo-

stilos, contra serpentes argumento probabili; si quidem mures agresti levi ab his, hanc esse dicuntur. Succus ex vino coctæ, alvum sifistit. Eadem palpebrarum pilos inordinatis simos pro gummi efficacissime regit. Intubis folio Dioscorides primam dixit chondrillam, circumroso alteram. Caulis qua magnitudine sit, non refert; sed prioris similem cichoreo inquit, alterius succo esse plenam. Dioscorides priorem circa ramulos habere gummi tradit mastiches similitudine, alterius radicem luxuriosam vegetam, rotundam, tenuem inquit. Plinius, avn̄ luxuriam, vel x̄uū legit, vel quod Dioscorides de gummi magnitudine radici adscripsit, μεγάλην ναυπάκιον εἶναι dixit; id est, fabae magnitudinem equare; non, ut Plinius, radicem fabae similem esse. Nec utramque scripsit tuberculum masticheum habere, sed tantum priorem; neque palpebrarum pilos inordinatos ambas regere dixit; sed alterius succum usum habere ad palpebrarum pilos replicandos. Vides errata Plinii in chondrillarum historia. De priori chondrilla intelligendus Theophrastus, succum acrem haec habet; quallem etiam prior Dioscoridis habet; quod inde colligitur, quod ad menses trahendas valet. Insuper quod in planta, quæ pro priori habetur chondrilla, talis succus reperitur. Pro chondrilla priori viri doctiores habent, cuius addidimus figuram. Lata huic sunt folia, cichorei foliorum instar divisa, omnino incana, ac densa lanugine; tomentoque obducta inter quæ caulis emicat pedalis aut amplior, rotundus, candidus, in aliquot ramulos fissus, foliis minoribus, angustioribus,

Chondrilla.



inordinatis septus; quibus (ut etiā ipsis ramulis) plerumque inhærent grumi fulvescentes, iſtic concreti: flos extremis ramulis sustinetur, anthemidis flori ferè par, lutei coloris, maturitate in pappum evanescens. Radix longa, nigricans, minimi digiti crassitudine, raris fibris prædicta, & summâ parte in aliquot capita interdum divisa, & quorum singulis folia, qualia dixi prodeunt. Tota, ut diximus, planta incana est, & sueco prægnans; qui siccatus fulvescit, & acris est. Qui hanc cum cichorio

Verrucario, sive Racyntha Mathioli, eandem putant, falluntur. Nam Racyntha Mathioli, ut hortus noster testari quorannis potest, non habet incana ac alba, tomentosaque folia; sed viridia, ramos valde striatos, &c in frequentes ramos divisos quorum lateribus & cavis alarum, inhærent brevi petiolo, parvi cichoracei flores, flavi, neutiquam in pappos abeuntēs; sed in capitā angulosa, ac dura transeuntes; octogona plerumque, & clavæ ferreæ instar efformata, verrucis non usque adeo dissimilia. Unde quidam adversus eosdem valere sibi persuadent. In his semen, ex quo deciduo altero anno nova provenit planta. Crediderunt viri docti eandem hanc cum chondrilla esse plantam, quod pictor non sat is affabré delinearat eam ac expresserit. Alterius etiam chondrillæ addimus figuram. Folia huic parva, lactucæ prodeuntis similia, seridis sylvestris divisura, caule cuto fermè nudo, tenero, gracili, parvo; in cuius lumbo flos unicus, flavus, dentis Leonis; minor ramen, &c itidem in pappos evanescens. Itmo cauli subsunt filamenta terna vel quaterna, quibus totidem interdum

Chondrilla Vernicaria Lobelii.



plura tubera appensa sunt, perlucida, subflava, solida; & succiplena; quæ carnem raphani fermè præferunt colore & pelluciditate. Nascitur secus lacustres tractus montis Ceti Narbonæ. Hæc cichorium non est Theophrasti. quia huic non est caulis magnus, multis ramis brachiatus, latus, dividi contumax; ut de cichorio scribit Theophrastus. Nec pro chondrilla altera haberi potest Monspeliensium dens leonis; aphodeli, vel leucanthæ bulbillis oblongis. Quia huic folium plane dissimile teneri, ac primum prodeunt lactucæ; nec tenuis, sed crassa radix. Nec chondrilla Rawolfphii pro legitima ac vera Dioscoridis haberi potest; quia huic (ut scribunt ex ipso Rhawolphio, Clusius & Lugdunensis, Etenim Rhawolf. scripta non legi, nec vidi) folium graminis longum, tenue, in terram flexum; tum quod radice habeat crassam, nigram, fuscam. Ad chondrillarum classem quidam referunt plantā, cuius effigiem addendam curavi. Folia hæc oblonga, angusta, & aliquantum aspera fert, adnatis veluti exiguis alis ramosa, cornu cervi dictæ herba satis similia, & eodem fere modo per humum decumbentia; tamen aliquanto majora, & longiora; de quibus mediis caulinculi assurgunt tenues, ramosi, culmi-



culminantibus in summo capitulis, ex parvis candidantibus, argenteoque propemodum fulgore splendentibus squammis compacti, è quibus flosculi prodeunt multiplices, cichorei æmuli, colore pulchro cæruleo; tenuis & oblonga radix; altè descendit ex qua similiter vulnerata lacte laudis liquor, veluti è caulibus, ac foliis profluit. Alii sesamoïdes parvum existimant. Verum cum folia non sint hirsutiora quam coronopi, nec flosculos purpureos, quorum medium albicat, sed cæruleos habeat, ac lac vulnerata plantula emitat: accedo ad eorum sententiam, qui ad chondrillæ speciem referunt.



Supra cap. 7. aphacam dentem leonis esse diximus. Officinæ taraxicon vocant; sed Arabum taraxicum est sativum intubum. Etenim de taraxico eadem scribunt Arabes, quæ de sativo intubo Græci. Dens leonis omnes præ se fert notas quas Theophrastus de aphaca scripsit. Folia à radice fert oblonga, utroque margine profundis incisuris, veluti per lacinias divisis, sylvestris ci-

chorei æmula, sed leviora. Caule carēt, sed pediculos habet concavos, in quibus flores singuli maiores quam cichorei, & ex pluribus foliolis densius facti, colore lutei, odore suaves, citò in globosum pappum resolvuntur, novo flore succidente, quibus semen subest: radix oblonga, tenuis, lacteo succo turget, qualis & è foliis florum, caulinis, ac calycibus vulneratis manat. Amara autem hæc herba est omnibus suis partibus, & magis quam cichorium. Mox ipso vere, vel hyemis fine floret, & ante Augustum vix florere definit. Caput monachi vocant; quod vere & æstate cæsarie papposa dilapsa, capitula instar monachi capitis glabri, aut calvi visuntur. Cichoreum luteum, quod quidam Hedipnoada contendunt, non est aphace; quia per totum ver, æstatemque non floret, alio pereunte, alio subnascente.

De Picri hæc Plinius lib. 21. cap. 17. Amara, Caphace, & que picris nominatur, & ipsa toto anno florens (hoc est quod Theophrasto τὸν ἀρθρὸν τὴν διάστασιν παραβολὴν) nomen ei amaritudo imposuit. Idem lib. 21. cap. 22. Picris ab insigni amaritudine cognominatur, ut diximus, rotundo folio, tollit eximiè verrucas. Alibi idem Plinius picrin ponit inter brassicæ genera, ut lib. 19. cap. 8. ubi inquit, Pessimum genus cum exprobatione amaritudinis appellaveri picrida, &c. Geponicus auctor lib. 12. cap. primo pro lactucæ genere agnoscere videtur; μηδὲ φεβριακήν απέργειαν μαρτιφόρη τεττελίνη διηγέδει φευγιαπέργειαν μεταφορετικήν μαρτιφόρην, τηλέδην διηγέδει φευγιαπέργειαν. Item paulo post mense Martio, μεταφορετικήν μαρτιφόρην, φρυγιαπέργειαν (videat lector cap. de lactuca.) Hæc fatus ostendunt lactucæ genus esse picrida. Sed ex eodem auctore, non esse lactucæ genus, probatur. Etenim ad finem cap. citati scribitur. μηδὲ δικαίωσισται μαρτιφόρην μεταφορετικήν, Mense Decembri lactuca & picris seritur. Et hæc contraria admodum in utroque auctore. Illud unicum dicendum videtur, amari intybi genus, & amarae lactucæ speciem, eodem πικρίδης nomine intelligi & in utroque genere quoddam eo nomine donatum esse. Alio modo solvere hunc nodum nequeo. Restat an inter cichoraceorum genera planta quædam reperta sit quæ picrida referat. Qui hieracium præmorsa radice picrin statuant, à vero aberrant; siquidem hæc nec insigni usque adeò est amaritudine, floreque tantum æstate. Quod si picris vulgaris modo quo scribit Theophrastus floraret, assererem hanc cum descriptione satis convenire. Sed hoc frustra; aliter fere rem habere, docet experientia.

Hactenus τὸν καρπὸν naturam exposuit; nunc γάρ scrutatur, & incipit à radicum differentiis. De quibus videat lector quæ libro primo dicta sunt; ubi singularum differentiarum apposuit exemplum. Nos hoc loco, ea quæ de radicibus cibo idoneis scribit, examinabimus.

Inter radices cibo idoneas ponit bulbos, asphodelum, & scillam. Illud notandum, quod alphodelum & scillam à bulbaceorum classe separat. De asphodelo facile condonari potest: fert enim appendices glandulosas & oblongas. Scillam bulbaceam non esse, qua fronte negari possit, non video. An quod magnitudine cæteros vincit bulbos? An quod multis tunicis, ut cepe constat? Neutra de causa à bulbaceis excludi debet. An separavit quod vulgo non numeraretur inter bulbaceam? An quod cibo idonea non judicetur? Ea facile vera causa videtur. Nam inepta planè scilla cibo est. Fattetur hoc præceptor. ideò addit τὸν καρπὸν, ἀλλὰ τὸν ἐπιμενίδην καλούμενον. Sed qualis hæc scilla epimenidea? Folio inquit constare angustiore & leviori. Plinius lib. 14. cap. 5. Et tertium genus est cibis gratum epimenidium vocatur, augusti folio, ac minus aspero. Describere videtur plantam, quam vulgo Hemerocallem Valentianam vocant, alii narcissum tertium Mathioli, alii marinum narcissum. Hujus radix scilla adeò similis, ut officinæ trocicos etiam scilliticos ex hac pararint, immo quandoque pro vera vendatur scilla; non tamen eandem quam scilla obtinet acrimoniam. Obtunditur hæc ab humore, quo scater, lento. Foliis constat quinis, aut senis oblongis, obtusis, latis; scilla tamen angustioribus, iridis fere latitudine & crassitie, subcineracei quodammodo coloris. Inter folia caulem promit cubitalem, crassitie asphodeli, sed teneriore, nudum, & sine foliis, qui cactumne promit membranaceum involucrum, & eo dehiscente quinos aut senos, interdum plures flores, pseudonarciso vulgari similes, liliæ odo-

rem spirantes, albos omnino: præter externorum sex foliorum nervum, & extremos mucrones, qui viridi colore non nihil adpersi conspicuntur. E medio oblongo protuberante calice, per oras laciniato exent candida, sex oblonga stamina, suis apicibus flavis ornata, & medio longiore stylo, ut lilio albo fere. Mæcidi & defluentes flores filiam relinquunt oblongam, aristolochiæ clematidis similitudine, quibus femen continetur magnum, compressum, nigrum. Radix bulbacea magna, alba, oblongior, lento humore plena, nigricante cortice obducta, quæ ad natis, narcissorum modo, se propagat. Simillimum humorem caulis foliaque concisa & fracta ostendunt. Observarunt recentiores floræ colore variare, & apud Monspelienses album, fubluteum, ac pallescentem esse; apud Italos vero rubrum, purpureum, non raro rubricantem. Unum obesse videatur, quo minus hæc epimenideia scilla sit, sc. quod adversariorum auctores scribunt, littoris incolas, pícatores, & prædones raptu interdum victitantes, rati esse cæpe, voratam ex sale & pane, quamvis famelici forent, ad hanc nauasse. Sed fortassis id factum, quod nimis voraces eam ingurgitarent, ut ab hujuscemodi hominū genere fieri solet. Gustavimus & nos hos bulbos, nec tamen naufragiandi facti sumus; quamvis sapor minus arideret, sicut nec cœparū, alliorum, & similiū, quibus rios vescimur. Sin aliis non arrideat sapor, vix potest esse epimenideia scilla. Juvenalis tamē luspicionem sufficerit, eandē esse; quippe sordidum viustum esse scribit, Satyr. 7

*Quod vocis precium siccus petasunculus, & vas
Pelamidum, aut veteres Afrorum epimenia bulbi,
aut minum Tiberti deueclum quinque latere*

Petromiaum, aut Scleris sifonaria epimelitaria, aut sinum Tiberi deinde um aquaque latere

*Aut vinum. Tiberi de octo quinque ingenuis
Si auates easti.*

*Sic quater egij...
rimenia propin*

Epimenia pro epimenideia versus gratia dicit. *Vnde* Tiberi de vectum, villum, ingratur quoque ita bulbi epimenia, rancidi, nauseabundi, injucundi. Alter tamen intelligendus locus Theophrasti, etiam Pöcta, qui veteres tantum rancidos, & ingratos dicit; recentes autem gratos. Sed sorte crudi sint nauseabundi, cocti grati; qui velit, experiatur. Nos nec hanc scillani epimenideiam asserimus, nec improbamus. De epimenideia intelligendus versus Epicharmi apud Atheneum lib.2.

Θείδακας, ἐλαῖαι, σκῖνον, εὐφανίδας, κάπτες.

Lactucam, olivam, scillam, radiculas, cactus.

Interpres cum nesciret ~~quoniam~~ squillam significare , legit
~~enim~~, veritatem juncum. Ex his scillam dictam fuisse ca-
pite de scilla multis argumentis probatur. Legitur eo-
dem in versiculo pro ~~haec~~, ~~in om.~~. Vulgatam si quis ve-
lis servare lectionem , interpretare palmæ cerebrum:
hoc enim à Galeno inter esculenta numeratur, vel, quod
arridet, palmæ fructum , saltem cave arborem abietem
cum Interprete intelligas; nihil hæc esculenti habet.

Inter esculentas radices numerat arum. Bone Deus quis aro vesceretur? Adeo acre est, ut linguam, palatum, fauces incendat. Et tamen praeter Theophrastum, Dioscorides & Galenus arum cibo idoneum esse scribunt. Dioscorides quidem lib. 2 cap. 147. Αποτέλεται (εἰς) ἀρά
αἱ δρακοντίαι. καὶ τοῦτο εἴ τι διὰ τὸ μὲν λίαν δεῖπνον εἰδωλιόν;
vel ut Ald. codex εἰδωλινάτησι. — Ceterum eodem modo quo dracunculi radix reconditur, ac in summa, ob mitiorem
qua prædicta est acrimoniam, ejus aptior. Galenus li. 2. de a-
limentorum facultatibus: Εἰ πάθει ἡ ψίλη τέττα τη φυτή πα-
ραγωγής εἰδιουμένη τῇ τούς γεγονότας, mandistur, Εἰ αρι ρα-
dix eodem modo quo rapē. Arum ursos edere lib. secundo
solertia animal. auctor est Plutarchus. οὐδὲ τοι
τῇ φύσει παρίση ἡ ἄρη, ιδίωσε πεπτών τὸ ἄρειον, οὐδὲ δεινό-
της αἵρει συντριψίς αὐτῆς τὸ ἔντερον. Visa cum primum ex
antro suo (post quadraginta ut ferunt dierum latebras)
prodit, aro vesceatur agrestis, cuius acris monia aperit intesti-
num ipsius concretum. Idem de ursa Plinius lib. 8. cap. 36.
Exeuntes herbam quandam, aron nomine, laxandis intesti-
nis, alioquin concrecis, devorant. sc. Gaudient ursa illo
cibo, ego non delector. Ne tamen quis miretur ari ra-
dices inter esculentias recéleri, Galeni verba loco citato
addam, qui pro regionis varietate ari radices magis,
minusve acres esse docet. Εἰ καθέξεις ἡ ποι φύται δριμίν περι-
ποιοι οὐδὲ τῇ τὸ δρακοντία, νοῦς τὸ σφετερή αὐτῆς ὅμοιος
δρακοντία καὶ τὴν φύσιν, οὐ ἐπεργα τοιμβάλλεις θεραπείας ἵππη κορμί-
νας τε καὶ φακῆς ἐργατικῆς ἢ τὸ Κυρηνόν ἐμπελεῖς οἷς τη φυτά τοις
τοις παρὰ οὐδὲν χριστόν, οὐκέτι γάρ ἔχει φαρμακοδές τοι δριμίν τὸ ἄρειον
εὐεκτίνας τοις τοποῖς, οὐδὲ τοις γεγονοτάδιον εἶται γενοτριπτερον. τοι
διὰ τοῦτο εἰς εἰλικρινα καρκίνους τοι πίζαι, οὐδὲ τὸ Διεγένειον δια-
μένην καρκοτα τοις τοποῖς κακάς τοι σπατηράτην τὸ βλαστησμόν. In quibus-

dam autem regionibus acrior quodammodo provenit, ut prope ad draconis accedat radicem; sed dum ipsam coquas, prior aqua effusa, in aliam calidam convenit conficeret; quemadmodum in brassica et lente diximus. Ad Cyrenen autem planta haec a nostrate est diversa. Nam in illis locis arum minimè est medicamentosum et acre, ut rapis etiam sit utilius; idcirco hanc quoque radicem in Italiam advehunt, usque longiori tempore imputris, et sine germine possit perdurare. De hoc Cyrenensi, quod Plinius Aegyptium, hodie culcas dicitur, intelligendus Theophrastus. videat lector cap. x. cap. iv. quo loco de hoc aro nonnulla diximus; tempe οὐλογετίου, unde vulgo culcas dicitur, vocatum à veteribus fusile ab amplitudine foliorum. Insuper culcas, sive colocation diximus habere radicem dulcem, edulem, suavem, aro simillimam, omnesque habere notas quas Plinius aro Aegyptio, & Galenus Cyrenaico tribuerunt; insuper culcas non esse fabam Aegyptiam probavimus. Quod de Aegyptio aro verba faciat Theophrastus, vel hoc probatur argumento; Folia inquit ari admodum magna esse; οφεδρά μέζα; qualia non sunt vulgati, sed ari Aegyptii folia. Insuper capite sequenti, ari folium cum latitudine cavum, atque cucumeraceum esse scribit; nec talia sunt vulgati ari folia. Sed duo ari genera ex capite sequenti duodecimo novisse Theophrastum probatur, cum arum esculentum floris gratia cælum ferre negat. Ergo aliud quoddam genus est eius inceptum. Radicem incrementum magnum, capere inquit præceptor, Quod mirum non est, si planta, quo vult modo Theophrastus, colatur. Nam sola radix toto alimento tantum nutritur, quo folia, caulesque nutritiri debent. vide cap. x. lib. 1. Hist. Idem de aliis bulbis observare licebit, tulipis, hyacinthis, narcissis, & similibus; ut Plinius lib. 19. cap. 5. docet, ubi bulbis in genere adscribit, quod Theophrastus aro tribuit lib. 1. cap. 10. Celerius, inquit, tamen proveniunt satis bulbis circalatera natu; Et ut crescent, folia que sunt his ampla, deflexa circa obruiuntur; Ita succum omnem in se trabunt capita. Restat inquiramus, an arum illud Aegyptium Plinii, sive Cyrenaicum Galeni, de quo Theophrastus agit, sit petasites, ut quidam volunt. Petasitidem describit Dioscorides lib. 4. cap. 108. πετασίς μίχησι μεζανη μίχησι, δυκτής μεζάνης μίχησι, ιφ' ού φεδρά μεζανηδε μίχησι γενεμένης ωντες μύκης. Petasites pedunculo est cubitali majore, crassitudine pollucis, cui folium pregrandit, petasi modo amplum, seu fungus incumbit. Ex hac descriptione nemo recte dixerit, petasitem esse arum Aegyptium antiquorum. Hoc enim paucis admodum locis provenit, præterquam in Aegypto, ubi copiosissimum. Nempe in Lusitanie locis nonnullis, juxta rivulos & fluenta; quod procul dubio Dioscorides adnotasset, nec unquam oblitus fuisset, radicem petasitis apud Aegyptios usum in cibis familiarem habere. Arum hoc magnum quidem habet folium, personatæ etiam folium magnitudine superans, Nymphææ foliorum modo nervosum admodum, & plurimis venis eminentioribus exteriore parte contextum, numquam madens, etiamque aquis immersatur. Sed ex his non sequitur petasitem esse. Cacalia vulgo dicta folium etiam satis magnum habet, petasiti veræ multum assimilis planta; quam etiam pro cacalia doctiores quidam habent. quorum opinionem data occasione examinabimus. Radicem haec habet albida, fibrosam, crassam gariophyllatæ, ex qua pediculi surgunt donati foliis permagnis, leviter laciniosis, petasitis modo, quam etiam odore imitantur. Caulem emitit ternorum cubitorum, ramulis quibusdam divisum, flosculis albicantibus, & aliquantum obsoleta purpura alpersis, inconditæ congestis, pannosis, mucosisque, uti in eupatoria cannabino. Hanc ne licebit, quod folia magna habeat, petasitem vocare? Dico igitur petasitem arum Aegyptium non esse, & plantam illam que vulgo petasites dicitur, recte cum Dioscoridis descriptione convenire: quod tamen in botanicis exercitatissimus, & indefessus Dioscoridis illustrator negat, his adductus rationibus. Quod planta haec (petasites vulgaris) folia plura et ampla ab ipsa statim radice emittat (non unum tantum folium, ut de legitima petasite tradidit Dioscorides) nusquam tamen visa est in summitate pediculi, id est caulis, folium producere amplum, galeri modo, (ab hac forma multum diversa est colocasia, sive arum Aegyptium) vel fungi instar dependens. Nam quis ignorat fungorum pediculum in sui orbis centro esse affixum? At in petasite illa vulgaris longè aliter res se habet.

Cacalia:



Petasites florens.



cum folia plura proferat tellure tenui à radice prodeuntia, & caulem vere tantum emergentem; in quo non folium fungi modo suspensum habet, sed flores fere spicatos, & papposos. Sed sciendum, Dioscoridem non novisse videatur hunc vernum caulinum, in quo flos petasites; si quidem hic primo vere erumpit, cum planta foliis est vidua, quibus erumpentibus is perit. Sed μίγος vocat pediculum magnum, crassum, cubitalem, ac non raro majorem, carnosum, cui folium magnum, petaso, galero, aut rotundo pileo simile circumferentiae centro, aut proximè insidet; amplissimi fungi (nisi una parte fissuram ad pediculum pertingentem haberet) speciem quandam referens, præsertim pereuntis & emarcidi. Nam initio quidem fungorum superior superficies convexa est; cum vero marcescent fungi, concava magis appareat: Ita & petasitis folium concavi nonnulli superiore parte habet. Neque id obstat quod plura folia ferat petasites, Dioscorides vero unum folium ferre scribat. Dioscoridis verba sanè intelligenda sunt. Non negatis, hanc plantam plura proferre folia; sed vult in singulis illis pediculis magnis unicum tantum insidere folium, fungorum more; uti icon addita affabre ostendit. Ari Ægyptii folia nec tam magno pediculo, uti lib. 4. cap. 10. dictum est, insident; nec ullum fungi modum ostendunt. Litteratores etiam Dioscoridem culpant, ac eum de una eademque planta bis, terve tanquam diversa egisse volunt, ac arum Ægyptium, sive colocasiam, & fabam Ægyptiam, & petasitem eandem esse plantam affirmant, has vero Dioscoridem & veteres omnes diversas fecisse. Probare id conantur; Annon (inquit:) similiter omnino loton Ægyptium, qui idem est cum Nymphaea alba, diversis locis recensuit, veluti plantas diversas? Quem errorem participat cum Theophrasto, & quibusdam aliis veterum. Sed rem aliter se habere, & haec mera esse figmenta, supra lib. 4. cap. 10. satis ostendi, ubi & Nymphææ & loti Ægyptii iconem addidi, ac ostendi diversas planæ & diffimillimas esse plantas. Idem de faba Ægyptia, aro, petasite dico. Aron Cyreniacum sive Ægyptium nota satis est planta, estque ea quæ vulgo colocasia, sive culcas ab Ægyptiis dicitur. sic & petasites satis nota. Temporis tractu & Ægyptia faba, nondum cognita, resurget. Videat lector quæ libro quarto de faba & loto Ægyptia diximus. Porro culcas Ægyptiorum, sive colocasum arum est, cuius hoc capite meminit Theophrastus. καλόντες veteres

dixerunt, quasi Καλὸν κάπτον, mantum breve, vel curta lacerna, quod folia tales quodammodo figuram representent. Et hac de causa Castellanis etiam hodie Manta de nostra Señora, id est, Chlamys D. Virginis dicitur. Et haec de aro Ægyptio, cui subiecta est vulgaris ari Historia. De ari etymo haec Lobelius. Quin si è Graeco non sit ἄρης, quasi sacrum, ut in iride factum, plebecula quæ barbam Aronis vocitat, videtur agnoscere, ex palestino vernaculo, & ornamento Aronis pontificis. Vulgaris, papen pint, id est, penem sacerdotis, vocant, quod pistil-

Pistillum promit exacti sere genitalis effigie Describitur
a Dioscoride lib. 2. αριστή τὸ καλλιμονο τὸ δέ στρεγις λέ φα, Φύλα
άντησιν οὐ μοια τοῖς τοῦ δρακοντίν, μικρῷ τερψί (Alii codices μικρῷ-
τερψί) ἡ πεποιθότερο. (vetus codex & Oribasius) καὶ λὸν αποθεματιόν, τὸ ποτὲ
Φυσογρ (vetus codex & Oribasius νέατη πυρρός) περιεργόδι. οἱ φύλα
οἱ καρποὶ καρχίζουν. οἱ γάρ λευκῷ τοπέσ τὸν εἰδόντες τοῖς δρακοντίν. (vetus π
κεραμεύς λευκῆς) ή πτυχίοις εἰδέσται εὑθετέν θέτον δρακοντίν. Καταχί-
τας γάρ τὸ φύλακα εἰδέσθαι, ηγετὴ εἴσαται ξηρογενήτερον τὸ φύλακα ιδείται.
Aron apud Syros lupha vocitatum, folia emittit dracunculi,
sed & minora (májora, sed hanc lectionem improbat
Oribasius & Serapio, minora esse docet insuper experi-

Arum vulgare.



entia) Et minus maculosa: caulem dodrantalem subpurpureum (subruffum) ac pistillis forma, in cuius summo fructus est in croceum colorem inclinans. radix alba, dracunculi radici proxima; quæ itid decocta estur, quippe quæ minus acris sit, folia vero ad esum conduntur, Et arida per se decocta mandatur. Hæc omnia de vulgato nec Ægyptio dici possunt, nisi quod Ægyptii ari folia sint multo majora, maculisque carentia, ut legit antiquus codex; contra vulg. ari radix olivæ magnitudine, quæ nequitiam ad dracunculi accedit. Vulgatum arum his notis describit Plinius lib. 24. cap. 16. Namque aros radicem nigrum in latitudinem rotundam habet, multoque majorem, Et qua manus impleatur. Ari radice nigrum inquit, Dioscorides albam. De Ægyptio aro intelligendum magnus Plinius commentator Dalec. scribit. Alii Plinius cum Dioscoride hoc modo conciliant, quod Dioscorides ipsam substantiam radicis consideret, Plinius verò corticis colorem descriperit. Dalecampii magis arridet opinio: nempe de Ægyptio hæc intelligenda esse. Hæc magna satis qua manus impleatur; parva vulgaris & exigua majoris olivæ, aut exigui bulbi magnitudine. Hac de causa Doctiss. Botanicus Tragus vulgare arum, arilarum esse Dioscoridis scripsit, de quo Dioscorides capite sequenti. Αἴσαρος εἰς μητρὸν βούναν. πλευρὰς ἵξος οὐδὲ ιδαῖσι. εἰς δὲ οὐμυνής τε ἄπει. Αισαρινοῦ exigua heracula est, cuius radix olivæ est magnitudine, majoris quam aron acrimonie. Plinius lib. 24. Cap. 16. Est Et aris, quæ in eadem Ægypto nascitur, similis aro, minor tantum minoribusque foliis, Et utique radice; quæ tamen olivæ grandis magnitudinem implet: alba geminum caulem, altera unum tantum caulem emit- tens. Aridem vocat, quo nomine etiam Hippocrati no- ta & Hesychio planta. Hesychius ἀγελάς τέλος βούνας. Λέπτος εἰς μονάς τοῦ ἔργανος, ἀλλὰ καὶ βούνης οὐτοῦ οὐμαζόμενην. Non so-

*lum instrumentum, sed etiam hujus nominis herba. In libris de simplicibus medicamentis arisari voce utitur: ἀρισταρχοῦ μηδεμίοντι πόλλω τέ ἄρε, καὶ εἰς ιατρούς ξεπέτη μέραθρον, οὐ διάφορον. Arisarum multo minus est aro, radicem magnitudine oliva habet, multo vero eo est acrius. In Aegypto nasci scribit. Hoc nec Dioscorides, nec Veterum quispiam tradidit; fictitium esse puto. Nihil de aride hoc Alpinus, nihil Bellonius, ceterique qui Aegyptum perlustrarunt. Grandis olivæ magnitudinem implevit; cum ceteri auctores olivæ magnitudine describant arisarum. Alibi idem Plinius Callam vocare videtur lib. 27. cap. 8. *Calla*, inquit, *duorum generum est; una similiatis aro, nascitur in arationibus, colligitur ante quam inarescat, ususque eosdem habet, quos arum: alterum ejus genus quidam anchusam vocant.* Ad hunc locum Dalecampius. *Lego*, inquit, *calix duorum. Calica alicubi legerat Plinius, arim sive arisarum vocari, Eponiam anchusa quoque calix dicitur, calicis duo genera statuit. Arisarum calicem vocatum fuisse arbitror, quod ejus fructus calice obducatur membranoso. Arisarum ea planta est, cuius figuram addidimus; aro minor est, radicemque olivæ fert magnitudine. Folio est hederaceo, lato, acuminato; sed multo quam ari minore; caulinulus ejus tenuis & exilis est, vagina sive involucrum parvum, pistillus exiguis in nigro purpurascens, radix candida, forma ari, sed minor.**

Arisarum latifolium.



Hujus etiam genus est aliud folioangustiore. Sed de generibus arisari, arique videat lector Phytopinacem Bauhini.

Dracunculi radicem cibo ineptam medicisque tam
commodam, inquit, Theophrastus. Præterea
Dracunculi plura esse genera, vel saltem præter hoc
aliud, dein arum vocari; & cur dracunculus vocetur,
causam addit. Hæc examinanda nobis sunt: Radicem
ineptam inutilemque cibo inquit. Contrarium docet
Dioscorides lib. secundo cap. 196. λαχανίνεται ἡ ἀρίζων
τοξός την οὐράνια καθίστα, ἐφθιτη καρπών εἰδοσίσιν. οἱ δὲ τὸ γειτ
ναυμήποντος ιόντος, καλλιμένεις ἡ θαλλάσσησι, ἐφθιτη τὴν πίσσαν μεγανύν
τε μέλιτ πολλὰ τὸ τοιούτοις, αρνητακείτων τοῦ δημητρίου.
Ipso verò adix etiam ad sanorām usus, nimirum
in cibos, cocta crudaque oleris vice recipitur, quin & gym-
nasiaym insularum, quas Baleares vocant, incole co-
etam radicem, cum melle multo, placentarym loco in con-
viviis apponunt. Docet etiam idem Dioscorides quan-
do effodienda, & quomodo servanda sit hæc radix,
λαχανίδης οἱ δὲ τὴν πίσσαν τὸ πυραμητόν οὐδέποτε καὶ τούτην
τὸ καπτεμόντας, ἐνσιργντάς τε λίγῳ καὶ ἐπορθατάς σε σκη-

Ceterum radicem messibus effodi, lotamque frustratim con-
ciam, ac lino trajectam, siccari in umbra, atque ita re-
condi oportet. Idem Plinius lib. 24. cap. 16. *Dracunculus*
quem dixit, hordeo maturecente effoditur, luna crescente.
Haec satis ostendunt dracunculi radicem locum in cibis
habere. Galenus libro secundo de alimenti facultatibus
cap. 64. in cibis dracunculum recipi quidem scribit, ve-
rum non crudum, sed elixum καὶ τοὺς τὸν ἡλίου διὰ πατέ-
ρα τὸν δακτύλων, φαρμακῶδες, ιδίαινοι σιδηρόδηροι, ὄστρακα ἐπὶ ταῖς
τοῖς αὐτοῖς. Hujus quoque radicem his terva exiliantes, quoad
medicamentosum omne deposuerit, nonnunquam exhibemus
mandandam, quemadmodum ἔσται. Nec in usu solum
quotidiano assumuntur hujus radices, sed & in morbis
pectoris; quod hec vel bīa sequuntur docent, etas
ἰχυστήρας διεσπαστοί στρατοί ταῖς διάσπαστας καὶ πτυκαὶ πεπο-
μένα γλυκυτάχια. Quando humores crassi & lenti, qui
in Thorace ac pulmonibus habentur, vi majore indigent.
Theophrasti sententiam probare videtur idem Galenus
Lib. de cibis boni & mali succi cap. 1. ἡ καρποῦ διεσπαστὴ καὶ φαγὴ
τῆς ἀνθηῆς τῷ χυλῷ φύσιος εἶ μετενθεαστική, ἀλλὰ τοῦ οἰσταδὸν πε-
τεντακτηνοῦ θυμοῦ, καθάπερ τὸ δρακόντη πον ψύχον τὸν δριμὺν πε-
τεντακτηνοῦ ιχυρόν, ἀφετὸν δὲ αἰμόπτερον οὐδέ, ἀλλὰ αιμοδηρόν. *Brassica* &
lentes non eandem cum glutinosis ante dictis succi naturam
sortitae sunt, sed earum succus nitrosus, & deificiendo alvo ef-
ficax est, sicut *Dacunculi* acerrimus & amarissimus, utrum-
que aron præstat, sed minus efficaciter. Hoc si verum, quis
dracunculi radice cruda pro cibo uteretur? Unicum
tantum refugium pro Dioscoride, duo esse dracunculi
genera, ac majus in cibis damnari, minus vero recipi. Sed
nec hoc controversia caret. Dicendum itaque *Dracunculi*
radicem non secus ac ari, in quibusdam, terris uti in-
fusibus Balearibus, acrimoniam minorem habere, contra in
aliis summam. Et hoc ac verum sit, non constat. Illud in-
quirendum, au plura sint genera. Afferit Theophrastus,
cuin inquit, καὶ δεῖ τὸν δρακόντην ἀφετεῖν. — Tria Plinius
agnoscit genera loco citato. Id autem quod Greci dra-
contion vocant, tripli effigie demonstratum est mihi. *f. l. i. s.*
b. e. t. e. (tale Mathioli depingit; lapatho comparat au-
tor quisquis sit, cuius inter notha exstat de dracontio
majore historia) non sine Thyro, flore purpureo: hoc est si-
mili aro. Alii radice longa, veluti signata articulosq; mon-
stravere, tribus omnino, auliculis folia ejus ex aceto decoqui
contra serpentum ictus jubentes. Tertia demonstratio fuit
folio majore qua cornus, radice barundinea, totidem ut af-
firmabant geniculata nodis, quo haberet annos, totidem que
esse folsa. — In Dioscoridis nonnullis codicibus
duo dracunculi genera describuntur, majus & minus.
Sed an caput hoc de majore legitimum sit, an vero spu-
rium, inter recentiores non convenit. Qui spuriū con-
tendunt, ex Cratevæ, vel alterius cuiuspiam scriptis per-
perā textui Dioscoridis adjectum, his sere probant ar-
gumentis; Quod apud Serapionem non extet: tum quod
in utroque capite, diversas quidem utrunque voces, u-
nam tamen eandemque Historiam animadvertere li-
cer. Si enim, inquit, singula expendamus, vix aliud
occurret discrimen, quam quod dracontii folia Dioscori-
des hederæ comparat; ille vero quisquis sit lapatho.
Itemque colorem fructus a principio herbaceum agno-
scit Dioscorides (falso enim, inquit, in Aldino exem-
plari, & apud Oribasium καὶ αὐτὸν legitur:) Ille vero αὐ-
τὸν, hoc est, cineraceum. Sed fortassis Dioscorides
ad folii colorem, firmitatem, levoremque, ille ad ejus-
dem longitudinem respexit. Qui contrariam defendunt
opinionem, his rationibus utuntur; quod in cunctis an-
tiquissimis, & probatissimis codicibus utrumque caput
legatur, tum quod Oribasius tanquam legitimum agno-
scat. Præterea non plane eandem utriusque historiam &
medicinam esse, quod quilibet facile observare potest:
Insuper Theophrastum Pliniumque plura dracunculi
genera statuere, ac Theophrastum quidem dracunculi
quoddam genus aron vocari scribere, quod nomen ma-
jus dracunculum obtinere afferit auctor ille, quisquis
contextit majoris dracunculi historiam; cum tamen mi-
norem dicat foliis hederaceis, qualia fert arum, cui drac-
unculi folium tribuit Dioscorides, etiam radicem aro
similem. Verisimilium itaque minus sic vocatum. Hoc in
negotio quid dicam, scribam, vix scio; utraque opinio
validis fatis est nixa argumentis. *S. Dracontii* icon exhibita
a Doctissimo Mathiolo in rerum esset natura, (ete-
niam doctiores Mathiolum hanc effinxisse, eo prætextu
ut doctior videretur, scribunt: nos saltē nunquā vi-
dimus) utrumque caput agnoscere, legitimum. Idem

etiam facerem si plantam quandam consiperem; huic
descriptioni convenientem. Hanc enim nondum vide-
licuit. Nam quæ proxime accedit ari genere habeo. Anceps itaque
hæreo, nec quam probem opinionem affirmare queo.
Utriusque interim descriptionem adferam, ac quidem
de majore prius agam, quod primum locum hūic dede-
rit Oribasius. Δρακοντία μετάσιν, οἱ δὲ ἄρετοι, οἱ δὲ ἴστροι, οἱ δὲ
ιαζοι, οἱ δὲ περιφύτοι, οἱ δὲ βίστροι, οἱ δὲ αργιλάριοι, οἱ δὲ κύπροι,
μακαρίοι λαγουδάριοι, οἱ δὲ μανιούσιοι, οἱ δὲ σιγγυλαίοι. Οὐταντα
συνοικούσι οἱ φρεγυροί τριπλεφύρειοι, οἱ φαρμακοί, οἱ πατηκοί, οἱ παχύ-
μαροί, οἱ βακτηριοί, πακιλούτροι, φρεγυροί, λευκοί, φρεγυροί λευκοί.
Dracontius majus, aliis aron, aliis sarum, aliis jarum, aliis
hieracicum, aliis biarum, aliis aron agresti, aliis cyperida vo-
cant. Romani lurumen, nonnulli manuariam, nonnulli sig-
glialcon, (Pro his interp. Romani colubrina, aliis san-
riariam forte à laceitarum colore vario, aliis sigingial-
con. Notet lector hæc conclusa in Oribasi codice non
reperi.) Nascitur in umbrosis circa sepes; caulem habet
levem, rectum, propè bicubitalem, & baculi crassitudine,
draconis instar versicolorem, (pro tempore versicolorem)
& purpureis maculis abunde respersum. folia lapathi figu-
ra, mutuo implicata (Connexa & cohaerentia malim, ta-
lia enim dracunculi majoris folia, αὐτούσιον, siquidem
connexio est) fructum summo caule producit racemosum,
colore primum quidem cineraceo, sed cum ematuruit, ad
croceum & punicum vergente: radicem prægrandem, ro-
tundam, canadim, tenuis vestitam cortice. Alterum dra-
cunculum his verbis describit δρακόντης ἡ οὐρά φύλακος οὐρα-
δού, μεταλλα, αὐτούσιον τοῦ λευκοῦ καυλοῦ ὅρθιον, οὐ παχύν, ποικίλον,
ὅρισθαι, Αἴγαπερφυροτέρος αὐτούσιον βακτηρια τὸ περιφύτο. Καρπὸς
δὲ τοῦ αὐγοῦ τοξοειδής, κράμαν τοῦ περιφύτου καρδιός (καρδιός
Ald. Orib.) πατηκούς δὲ περιφύτους εἰδιδικτων τοῦ γένους. πίτα πο-
νοῦσι προσγύλη, βαλβούδης, οὐραία ἄρο, φλοιος ἔχουσα λεπτής. φίτα
εἰσταν εἰς ουσίας, οἵτις φρεγυρούς εἰς αἰγαλέα. *Dracunculus* folia fert
Hederacea, magna, candidis notata maculis, caulem vero
rectum, duum cubitorum, versicolorem, anguis effigie, macu-
lis respersum purpureis, baculi crassitudine; fructus est in
summo racemosus, colore primum quidem herbaceo, (felleo)
sed cum ematuruit, ad croceum vergente, sapore mordax;
radix quadantenus rotunda, bulbosa, aro similis, temni ve-
stita cortice. Nascitur in umbrosis circa sepes & macerias.
Pro majori dracunculo viri doctiores ostendunt plan-
tam vulgo serpentariam dictam. Caulem erigit rectum,
tripedalem, crassitudine pollicis, teretem, glabrum le-
vemque, versicoloribus maculis, maxime purpureis
confertum & varium, anguis adeò similem, ut etiam
cauto ex improviso oblatus anguis esse credatur. Folia
magna & ampla sunt, & fenis, septenis, pluribusve simul
ordinatè conjunctis, quorum singula oblonga sunt, &
angusta, acuti lapathi foliis satis similia, at levia & gla-
bra in summo caule, veris fine aut æstatis initio, involu-
crum fert foliaceum, longitudine dodrantali, foris her-
baceo, intus verò in punico colore, una cum pistillo suo
nigrante, qui longus, crassus, & cornu modo in acutum
fastigiatus; cuius feminis incremento distenta, diffiliens
que membrana, fructus racemosus uvæ instar patet,
primum viridibus, in maturitatem puriceis, vel ruben-
tibus succique plenis baccis farctus, in quibus crocati
sunt durique nuclei. Radice nititur perenni, crassa, bul-
bosa, rotunda, tenui cortice induita, magnitudine medio-
cris mali, multis candidis capillamentis fibrata; cui oculi
seu exigui bulbi adnascuntur, quibus multiplicatur. Ean-
dem hanc plantā alii pro minore dracunculo agnoscunt,
ac hujus folia hederaceis comparant, & Dioscoridem,
vel Cratevam, vel si forte alius Cratevanus fuit, ad in-
dolem & universum habitum plantæ respexisse, folio-
rumque levorem, viorem, colorem nitidum superficie
contulisse. Alii meo judicio rectius sentiunt, qui arum
venis albis pro dracontio minore habent. Etenim Dio-
scorides capite leuenti, arum folia dracunculi emittere
scribit, eique radicem similem habere; quod hoc etiam
capite confirmat. Ari folia hederaceis non dissimilia
sunt. Plantæ hæc, involucro seu vagina, pistillo, uaque
aro similis est; foliis tamen non nigris, sed albicantis
bus maculis respersis; quæ non ita citò, ut ari pe-
reunt; sed unà cum uvis in hyemem usque perdurant,
Ddd acini

Dracontium majus.



acini quoque minus saturato, sed ad croci inclinante
colore rubent, radix non absimilis ari, candida & bulbis
specie, fibras habet adhaerentes, exigua novarum stir-
pium rudimenta. Pro ari genere quodam hanc habeo
plantam. Nam caulem vix semissim habet, cum dra-
cunculus minor bicubitalem, auctore Dioscoride, ferat.
Dracunculi genus arum vocari scribit Theophrastus. I-
dem Phanias apud Athenaeum lib. 9. ite ἐπειρησόνε-
ται οἱ Νικανδροὶ, τετραποδέτος ὁν εἰς Κύριον τὸν τετραποδέτον
βιβλίον γράψαι πάτε. δραγόνον, οἱ Μισθιστοί, η δραγόνα, Σ. Quo-
niam vero Nicander, ut dictum, ari mentionem fecit, adj-
iciendum Phaniam, libro modo citato scriptisse, dracunculum
aron, vel aroniam (quod minor aro Ægyptio fortassis, a-
lioquin, similis sed tollenda vox posterior) vocari. Plinius
lib. 24. cap. xvi. verius cap. xv. Connectenda enim hi-
storia. Ægyptus hanc maxime gignit, quaē ἡ aron. de
qua inter bulbos diximus, magna cum draconio litis. Qui-
dam enim eandem esse dixerunt. Glaucias satu discre-
vit, draconium sylvestrem arum pronunciando. Alique ra-
dicem aron appellaverunt, caulem vero draconium, in to-
tum alium, si modo sic est, qui apud nos dracunculus voca-
tur. Namq; aros radicem nigram in latitudinem rotundam
babet, multoque majorem, & qua manus impleatur. Dra-
cunculus subrutilam ἡ draconis convoluti modo, unde ἡ ei
nomen. Quin & ipsi Græci immensam posuere differen-
tiā. semen dracunculi fervens mordensque tradendo, tan-
tumque inesse ei virus, ut olfactu gravidis abortum inferat;
Aron miris laudibus extulere, primum in cibis fœminarum
preferentes, quoniam mas durior esset & in coquendo len-
tor. Quidam, inquit, eandem esse dixerunt arum Ægy-
ptium & dracunculum; congeneres ergo sint oportet
plantæ; facie tamen diversæ, caule floreque exceptis.
Dicit Plinius à Græcis quibusdam draconion aron vo-
cari. Hinc ille easdem putavit esse plantas. Alibi ostendi

plantas diversis nominibus esse ; alteramque alterius nomen obtinere. Hoc itaque fecellit Plinium , vel auctorem ex quo haec habuit. Sequitur Glauciae opinio. hic draconion sylvestrem aron dixit , (dicimus aros & arum.) An itaque arum minus draconion alterum est? Sed ubi caulis bicubitalis? Forte hic pro Dracuntio , vel aro plantam descripsit a Dioscoridis diversam. Alios inquit radicem aron appellasse , Dracuntion caulem , quod de fida non esset. Hinc apud Hesychium , ἀρόν τεύβλιον μέτα , καὶ βούτην πίστα . Quod de aro sequitur , supra examinavi ; quod de dracunculo sequitur , praeter veritatem est. Radicem inquit habere subrutilam. Albam habet dracunculus vulgaris , nec draconis convoluti modo , sed rotundam. Ex Iolao , vel alio Graeco hoc Plinius hausit , qui dracunculum aron , & fabam Aegyptiam confundit , ut supra lib. 4. ostendi. οὐ καυλὸς , οὐ ρίζα πάπια οὐ φιδίας τῷ ποικιλῷ , οὐ τοῖς κεφαλαῖς — κραυγοτάνῳ μὴ κραλεῖσθαι τῇ ῥίζῃ , τὸ δὲ ψωπίφυκε κιβωτοῦ . οὐ δὲ τῷ βῆλον ἐλκηθεροπίνει δυσιατε . Postremum hoc dracunculo convenit , cui prius plānū non congruit. Etenim nec colocasia , sive arum Aegyptium , sive fabam , de qua veteres , consideres , hac facultate pollet . Soli fabae κιβωτίς nomen convenient. Nemo unquam aro vel dracunculo nomen hoc dedit. Caulem , inquit , varietate macularum serpentes imitari , radicem verò capitulis , sive adnatis , quibus colocasia vulgaria donata. Colocasiae vulgaris sive ari Aegyptii caulis neutiquam φιδίας , id est , serpentis facie est , sed colore virecentis dilutioris. Alioquin aro similis. Sic enim Alpinus. Primum caulinus exiit rectus , rotundus , asparagi crassitie , cum foliis istiuscē plantae concolor. Quæ colore , ut dictum est , sunt dilutiore viridi. Hoc itaque vel dracunculo adscribemus , cujus radix quod draconem referat , habet nihil. Verum arum Aegyptium radicem fert lagenulæ non dissimilem , non raro chinæ , uti recte comparat Alpinus. Hanc credo draconi vel serpenti comparavit , uti etiam Plinius , qui convoluti draconis modo inquit esse dracunculum ; cum ari Aegyptii radix talis esse videatur , qualem etiam ostendit formam radix chinæ. Apulejus dracunculi imam radicem similitudinem capitidis draconis habere inquit. Non video quæ similitudo huic radici cum capite draconis. Sed , ut dixi , convolutum draconem refert Aegyptii ari radix , & sic confundit omnia Plinius & Iolaus. A radice , inquit Plinius , convoluti draconis forma dracunculi nomen accepit. Et illud praeter veritatem. Ipse Theophrastus hoc nomen accepisse scribit , quod caulem serpentis , sive draconis modo maculis picturatum habeat , nec hoc tantum cap. x . sed etiam lib. 9. cap. 22. repetit. καυλὸν ἡ ρίζα ποικιλὸν φιδίαν . Idem Dioscorides , idem alii. Errat itaque Plinius. Pudet Plinii plura reconsere errata. Quare ad gladioli historiam venio.

De gladio supra lib. 6. eginus, quo loco Plini verba examinavimus, & quæ de gladio dicenda erant exposuimus. Illud tantum hic addo; apud nos in conficiendis panibus usum habere nullum. Απόφύσις, de quibus hic Theophrastus, adpietas altera figura haber. Sunt bulbuli exigui quibus propagatur, nati ex inferiori bulbo qui verno tempore perit, in plures bulbulos multiplicatus. Quod scribit scolopendras frequenter juxta hanc reperiri plantam, non observavi; fieri facile potest.

De Theseo hac Plinius lib. 21. cap. 17. Non dissimilis est (gladiolo) & quæ Thesion vocatur, gustu aspera. Apud Theophrastum non τσάχια, sed πνεογί legitur; uti ipse Plinius lib. 8. cap. 22. legit, ubi inquit, Thesium quoque non dissimili amaritudine est, (à picride) sed purgat alvum, in quem usum teritur ex aqua. Quæ planta Thesion sit, affirmare nequeo. Neutiquam illorum opinioni subscribo, qui vel lactucæ, vel cicchorei genus esse statuunt. Etenim, si Plinio fides, radicem habet similem gladioli. Nam verba hæc! (non dissimilis est, & quæ Thesion) intelligo de forma radicis, non qualitate. Sic enim Plinius ante Bulborum generi quidam adnumerant & cypiri, hoc est gladioli radicem — non dissimilis (scilicet bulbo, vel radice) & quæ thesion vocatur. Nec locum Plinii consum arbitror. Eundem enim quam Theophrastus servat ordinem. Apud hunc enim gladioli radicis dæc his toriam, sequitur thefæ amaræ.

K E Φ. I B.

C A P. xii.

Discrimen herbarum per folia, per caules. Scyllam ante portas satam contra neficia esse. Deque narciso, & scylla. Peculiare de amygdala.

K Απὸ δὲ φύλα, τοῖς πειραζέσσος ἐπὶ τοῖς χήρα-
σιν, οἱ μὲν αὐτόφοδελ Θεοὶ μακρὸν Εἰς σενότερον, καὶ
τὸ σύγχρονον ἔχει τὸ φύλακον. ηδὲ τὸ σκύλλα, πλατυ-
καὶ εὐδαιμόνετον. τὸ δὲ φάσγανον, τὸ σκύλον ἢ καλύ-
φρον ξίφος, ξιφοδέσ. οὗτον ἔχει καὶ τὸ νομα. ηδὲ τὸς,
καλαμωδέσερον. τὸ δὲ τὸ ἄρτον, τοὺς τὴν πλατυτηπὴν
εὐκριβῶν καὶ σκυλῶδες ἔστιν. οἱ δὲ ναρκίσος Θεοὶ, σενὸν καὶ
πολὺν καὶ λιπαρόν. Βολβὸς δὲ, καὶ τὰ βολβώδη, πα-
τελῶς σενά. καὶ τὸ κρόκον δέ τη σενώπερον. τὰ καυλὸν δὲ,
τὰ μὲν ἐπιέχει τὸ ὄλον, ὡσπερ τὸ ἄρον τὸ ἐδώδιμον· τὰ
αὐθέτοις, ὡσπερ δὲ τὸν τὸν αὐθετικὸν, ὡσπερ ὁ ναρκίσος Θεοὶ, καὶ ὁ
τὸν Ald. Bas. πρόκοπος. ἔνας δὲ ἔχει, καθάπερ η * σκύλλα καὶ ὁ
μὲν ὄντος ἔχει τὸν ἄλλον αὐθετικόν. οὗτον δὲ τὸν
φίου μέγιστον δὲ πανταν, οἱ αὐτόφοδελ Θεοὶ. οἱ γάρ αὐ-
τέρεικοι μέγιστοι. οἱ δὲ ἄλλοι εὐλάττων μὲν,
σκληρόποιοι Θεοὶ. τὸ μὲν ὄλον αὐθετικόν. οὗτον δὲ τὸν
πολύκαρπο Θεοῖς αὐτόφοδελ Θεοὶ, καὶ ὁ καρπὸς αὐτὸς τὸν
ξυλώδης. τῷ μὲν μορφῇ, τεργίγων Θεοῖ, τῷ δὲ * σχήματι,
μέλας. γίνεται δὲ ἐπὶ τῷ σρογύλωτῳ τὸ σκύλατον τὸ
αὐθέτον. σκηπτίκων δὲ τὸν ἔρετον, τὸ σταύρον θλιψά-
νη, τὸν αὐθητὸν ποιεῖται καὶ μέρος Θεοῖ, ὡσπερ καὶ οὔτε τῆς
σκύλλης. αὐτοχτονικὸν δὲ τρωτὸν δύπλο τὸ κατάθετον. οὐ δὲ
τῷ αὐθετικῷ σωματικῷ σκύλῃ, ὃς εἰς ἄλλο μετα-
βάλλει τῶν πάνεον αὐθητούσιδες. εἰθ' ὅταν δὲ αὐθετικὸς
αὐτοῦ, διεδίων ἐκπέτατο. δοκεῖ δὲ τὸν ἔρετον τὸν αὐθετικὸν
τὰ ἄλλα τὰ λειόκαλα. διότι σενὸς ὣν δύπλο φύσεις αὐ-
θετον ἔχει. πολλὰ δὲ εἰς τροφῶν παρέχεται χρήσιμα. καὶ
γάρ δὲ αὐθετικοί εὐδώδιμοι Θεοὶ εἰσθενόμενοι. Εἰ τὸ στέρ-
μα φυραζόμενον. παύτων δὲ μάλιστα ηρίζει καπτο-
μέρη μετάσιν. καὶ ταίτην ὄντον ἔχει καθ' Ήσιόδον.
ἄπαντα μὲν τὸν φιλόζωα τὰ κεφαλόρριζα. μάλιστα
δὲ σκύλλα. καὶ γάρ κρεμανθρή ζῷη, καὶ πλεῖστον γε
χρόνον διεκδίκει. διώσαται δὲ καὶ τὰ θησαυρούσιδηνα
σώζειν. ὡσπερ τὸν ὄραν τὸν ἐκρηγνυμένον τὸ μίσχον, οὐ-
τῶν φύλευομένων δὲ εἰς βλαστόνταν σενοῖς αὐτῇ. λέ-
γεται δὲ καὶ τοῦ τῶν θυρῶν τῆς εἰσόδου φυτευθεῖσουν,
ἀλεξητήρον εἶναι τῆς ἀποφερομένης δηλησεως. παύ-
τε δὲ τοῦτο αἴθροι φύεται, καθάπερ καὶ τὰ κρόμμυα Θεοῖ
τὰ σκόρδα. οὐδὲντας τούτον γάρ δύπλο τῆς ρίζης. εἰς
δὲ δύπλο τὸ σπέρματος φανερῶς. οἷον δέ, τε αὐθετικός,
καὶ λείφιον, καὶ τὸ φάσγανον. Εἰ δὲ οὐδέποτε. αὐτὸν δὲ
τὸ τὸ βολβὸν λέγεται, τὸ μή δύπλον εἰσπάντων βλαστόνταν
άμα τῶν σπερμάτων. αὐτὸν τὸ μὲν, αὐτοτετες, τὸ δὲ, εἰς
βασιγύλικα πεντάτην. καθάπερ τὸν * γίγλοπότα φασι, καὶ τὸν λωτὸν.
τέτο μὲν ἐν εἰπερ αὐληθεῖς, καὶ τὸν ἐπέρων κεινὸν δὲ
ἴσως καὶ τὸ μέλλον λέγεται, πλιὸν δὲ πολλῶν. Ιωνατάδον
δὲ πλέον πάντων, ὅπερ πλέον τε σῆτε σκύλης Εἰ τεναρκίαν
συμβαίνει. τῶν μὲν γάρ αὐτῶν, καὶ τῶν εἰς δέχησι φυ-
λευμένων καὶ τῶν βλαστενότων, καθ' ὧραν τὸ φύλακον
αὐτάπέλλει τρωτῶν. εἰθ' υἱερον οἱ καυλός. πλέοντες
τοῦ δυτὸς αὐτοῦ περιφέρειν. τὸν ναρκίσοντα δὲ τὸ αὐθέτον
μόνον εὐθυτρέχωρον τὸ αὐθέτον. τῆς δὲ σκύλλης καθ'
αὐτὸν εἰς υἱερον, πλέον τρώτω τὸ αὐθέτον αὐτοῖς καὶ
καθίμενον. ποιεῖται δὲ τὰς αὐθητικὰς τροφὰς. ὣν δὲ μὲν
πρώτη δοκεῖ σημαίνειν τὸν πρωτὸν ἀρτον ηδὲ δευτέρη, τὸν
μέσον ηδὲ τρίτη, τὸν εσχατηνὸν δομη γάρ ἀνάταται

F Oliorum verò discrimen, magnitudine, figura-
que accipi debet. Etenim albuco folium præ-
longum, angustum, lentiunque leviter : scyllæ la-
tum. † Ensis, vel pugio, (ut quidam vocarunt) ad
ensis effigiem exit : unde & nomen herbæ imposi-
tum est. † Consecratrici arundinaceum potius est.
Aro cum latitudine cavum atque cucumeraceum
est. Narcisso angustum, frequens, & pingue. Bulbis
omnibusque bulbosus valde angustum, sed croco
angustius. * Caulis aliis omnino nullus, ut aro, quod
mandi potest. Nonnulla caulem tantum floris for-
tiuntur ; ut narcissus, & crocum. Aliis nimirum
caulis assurgit, ut scyllæ, bulbo, omnibusque bul-
bosus. Item consecratrici, & pugioni, sed omnium
maxime astula regia. Caulis enim dictus albucum
unicè inter omnes excellit. † Consecratrici minor
quidem, sed durior, in totumque albucum æmu-
lans. Seinen quoque abunde astula regia profert, busq; bulbo-
lignosum semen. id est, figura triquetra, colore sis, st̄ iridi,
atro. Gignitur in orbiculato quodam, quod flori
subest, † decidit æstate. Cum orbiculatum illud
dehiscit, floret per partes, ut & scylla. Incipiunt
ab imis. Vermis in albuco gignitur, qui in aliud
animal volatile floridumque transfiguratur. * Quod
cum herba florere incipit, eroso statim operculo e-
volat. Peculiare is præ cæteris levibus caulum ge-
neribus hoc habere videtur. quoniam cum angusto
corpo sit, in ramulos superne spargatur. Per
multa ad cibum affert utilia. Quippe albucum to-
stum in cinere manditur, & semen torrefactum v-
sui est. Sed radix tusa cum ficu in usu maxime om-
nium venit, & utilitas plurimum autore Hesiodo
præbet. † Omnia igitur capitata, radice vivacia
majorem in modum sentiuntur : sed præcipue scylla.
Ut pote quæ suspensa vivere possit, & quidem
plurimum temporis. Potest etiam fructus recon-
dendos servare, ut poma punica, † detracto pedi-
culo. Et satorum nonnulla celerius * apud eam
germinant. Traditur & ante portas satam, reme-
dio esse contra beneficiorum noxam. Omnia hæc
† universim proyeniunt, ut etiam cæpæ, & allia.
† Germen eternum ab radice laterale producunt. * Scyllæ im-
Nonnulla etiam è semine idem hoc evidentissime
faciunt. * Ut astula regia, lirium, pugio, bulbus.
Sed bulbo peculiare datur, quod non simul ex om-
nibus exit, sed partim anno primo, partim † se-
cundo: ut etiam de † avena, & loto traditum est. Id
ergo, si verum sit, commune cum alijs habetur.
Necnon & illud fortasse commune est, quanquam
non multis, mirum tamen quod in scylla * nar-
ciscoque evenit. Cæterorum enim tam recens sa-
torum, quam regerminantium, suo tempore primo
folium oritur. Deinde caulis exit. In his vero cau-
lis prius, & † narcissi quidem floris tantum caulis
protenus exit. Flos enim eius plurimum festinat.
Scyllæ autem caulis per se prius, tum flos ex eo
emergens insidet, eademque florum proventus ter-
nos ostendit : quorum primus tempus † arandi pri-
mum significare videtur. Secundus medium : ter-
tius novissimum. Quot enim fuerint isti, totidem
& * arandi tempora ferme occurunt. Sed cum
ita senuerit, tunc foliorum exortus multis postea
diebus incipit. Idem etiam in † narcisso fieri so-
let : nisi quod nec alium caulem præterquam floris

γένωνται, καὶ οἱ ἀριστοὶ σχεδὸν ὅτας ἐκΒαΐγνουσιν. ὅταν
ἔτι τῶς ἀπομηχανή, τότε η τῶν Φύλλων Βλάσησις
πολλαῖς ἡμέραις υἱερον. ὁ παύτως ἡ ιψή ἔπειτας * νεαρ-
τὸς Χερζ. τὸν ΑΙ.ΒΑΣ. κίσις. πολλεὶς ὅτε καυλὸν ἐπερον ἔχει φύγει + πόνος τῷ
ἀνθράξ, ὥσπερ εἰ ποιῆι, ὅτε καυστὸν Φαιερον. αἰλαὶ ιψή
αὐτὸν τὸν ἀνθράξ αἴμα τῷ καυλῷ καταφένει, καὶ οὐταν
τὸν αὐτοῦ, τότε τῷ Φύλλῳ αἰνατέλλει. περὶ μὲν γὰν τὸν
Θεοδ. λεγε ἄλλα τὰ σωμάτιφω παῦται ιδια. περὶ δὲ τὸν περιε-
νανθεῖ. Θάνον τῶν Φύλλων, καὶ τῶν καυλῶν, ὥσπερ δοκεῖ ποιεῖν
τὸ πίφυον, καὶ ἐπερχόνταν αἰνθικῶν. ἐπει τῷ τῶν δένδρων ἡ
ἀμυγδαλή μάλιστα ἡ μόνον. ὅπταῦτα μὲν ἄμα τῷ
ἀνθεῖ περιφαίνεται τὸ Φύλλον * εὐθὺς καρχίπν. οἵτε Ε
Διαζητεῖθαι τοῖν ιναν. Πέπλος τοῦ τετάτων οἷον αἱ φέρεις
δέρχεται Φαίνεται καὶ Διάτο τὸ πλαθός τῶν ἡμερῶν, καὶ Διάτο
τὸ μὴ περιπόνον Βλαστήνεν, περὶ τῷ μὲν τὸν ἀνθός, τῷ
τὸν καυσαλὸς ὅλον ἀπομηχανή. η τὸν Βλάσησις, περι-
τέρει μὲν τῆς σκύλλης, υἱερεῖς τὸν Τιαρκίσις. πολὺ τὸν
τὸν Φύλλον τὸν τῶν αἱ φίησι. Εἶναι η ριζα αὐτης τὸ μικρα,
τὸν ΑΙ. Εἰς τὸ μεγάλη, περιεσμένης κατὰ τὸ σχῆμα τῷ βολ

proprium habet, ut diximus. Neque fructum conspicuum parit: sed ipse flos una cum caule definit: & cum † reflorescit, tunc folia exeunt. Ergo, ^{† Maresc.} præ cæteris quidem plantis, hæc ambo peculiaria dixeris. Præ illis verò quæ ante foliorum & caulinum ortum florere incipiunt: quod iphyum, & alia quædam ex coronariis facere putantur. Atque etiam inter arbores amygdala potissimum, aut sola. Peculiare hoc sit, quod ea quidem, vel cum flore faliūm † quoque promunt, vel paulo post: ut de quibusdam ambiguum sit, quæriique soleat. In his autem ex altero quasi principio pro- ^{† Quoque protinus promunt.} dire videtur, cum propter dierum multitudinem, tum quod antequam flos, aut etiam caulis totus senuerit, germinare incipient, Germi- atio vero prior scyllæ, posterior * narcissi. Et * Crocifolia folium is largè emititt, & radix ipsa parva nequa- plura emit- quam est, quanquam non magna. Figura non ^{* tit scilla.} absimilis bulbo, verum non squamata. Hæc igitur quo pacto se habeant, contemplari non ab re est.

JULII SCALIGERI AD CAP. XII.

Kαυλὸς εἰς τὸ μέρεξ ιχεῖς τὸ ὄλον. ὦν αὐτὸς Theodorus omis-
fit. εἰς τὸ μέρεξ. Lego, τὸ ὄλον οὐκ εἰς. Duo namque cau-
litum genera agnoscit Theophrastus, ab officio. Vnum vocat
τὸ μέρεξ μόνον, alter est qui etiam fructum fert. Huius po-
sterioris modi in multis invenias: priorem autem in paucis.
Quippe iris floret tantum, nullo subsequente fructu. Et
Narcissus, de quo ipse. Καὶ μετὰ καυλὸν τὸ μέρεξ νηστόφορον.
Itaque Ari exemplum subdit pro ins, quae caulem gerunt ob-
fructum. Quare pessimè consuluerit Theophrasto Theodo-
rus, qui τὸ μέρεξ non apposuit. Exemplum enim falsissimum
esset. Quis enim Arum esculentum negarit caule prædictum;
Asparagi enim in modum exit, robustus sane, atque fructum
in racemo fert. Illa autem verba inā διά ιχεῖ, cum suis
exemplis disceptant. In Primo namque divisionis membro
erat Arum; qui caulem quidem gerit, sed εἰς τὸ μέρεξ. In Se-
cundo est Narcissus; cui caulis est, sed ἐπὶ τὸ μέρεξ μέγιον. In
Tertio, inā διά ιχεῖ. Quid habent? scilicet caulem. At utrum?
Nam exempla varia sunt, atque inter se dissidentia. Iris
enim florem tantum fert, nullo, ut dicebamus, excipiente
fructu. At Xiphion, quæ est spathula fœtida, fructum fert
post florem. Præterea non omnia bulbacea, vel fructum, vel
floram gerunt: quippe Bulbus esculentus neutrum.

re, hiscente flore, quo tempore crescit. Sic vermiculus per initia sine aliis simul cum fructu crescit, ac tum demum alatus: cum arescit, abit. Plinium ejus naturam tractantem avertit alia cura à vermiculis hujus historia.

Eκπρωνυμία τε μίχη. Theodorus detracto pediculo. Immo vero infixo punici pediculo in Scyllam. Legō enim iumentum. Et suprà monuimus. Sic malè. c. aurā. apud ipsam.

A' δέ γα φύεται. Theodorus, universim nascuntur. At quid est, universim aggregata, congesta.

*Eis r̄ia. Theodori, anno secundo. Post annum scilicet,
id est, anno futuro. Ita Pollux, & alii. frequens Luciano.
Sic scribes, Iubat̄w̄w̄ḡ yd̄ r̄ āt̄. r̄ d̄i r̄ ōw̄l̄n̄ x̄d̄
ēv̄r̄, eis ūs̄ḡi n̄ r̄ āt̄ c̄i ḡz̄ w̄c̄o n̄a b̄d̄p̄. Scillæ cau-*

Kai ὅλη ἀντίστη. Theodorus legit ἀριθμόν, Recitè. Nam si
caulis simul cum flore rabeat. Post τὸν ἀριθμόν, non post τὴν
αὐτοῦ folia eduntur.

Πρεσβύτερος οὐ φύλακας, οὐδὲ τὴν καυτήν. Sic etiam legit Theodo-
rus. Ceterum quemadmodum ante folia florere queant,
scio. Ante caulem qua ratione flos exire possit; id vero ne-
scio. Et Amygdali exemplum cum apponit, videtur non
convenire cum illis verbis. οὐ τὴν καυτήν. Neque enim ante
caulem flores Amygdalus. Lege, ηντούσ, ex Theodoro. Ε

JOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Hoc capite de foliorum caulinumq; agit differentias, additque quædam de asphodelo, scyila, & croco, nec non amygdala, cæterisque arboribus. De foliorum discriminis supra libro primo plura dixit. Differentias agnoscit duas, magnitudinem & figuram. Folia enim alia lata, angusta alia. Sic magna quædam & parva, oblonga nonnulla, rotundaque. Et hæc magnitudinis differentiae; Figura differunt; alia enim ensis figura, arundinis alia, vel cucumeris & cava. Hunc locum Plinius his verbis lib. 21. cap. 17. exscripsit. Cæteræ ejusdem generis folio differunt. Asphodelus oblongum & angustum habet, scylla latum & tractabile, gladiolus simile nomini. Arundinis figura iridis folium esse inquit Theophrastus, cuius historiam hoc loco enarrabimus: Iris nomen ab arcus cœlestis similitudine teste Dioscoride & Plinio accepit. Diosc. lib. cap. 11. l' eas d' ap' m̄s r̄ḡt' & c̄p̄d̄s iñ-
vōm̄sq;. Iris à cœlestis arcus similitudine nomen obtinuit. Idem Plinius lib. xx1. cap. vi. Floret diversi coloris specie, sicut arcus cœlestis; unde & nomen. Spuria plura nomina teste Auctuarii auctore habent. Hic illyrin dictam scribit, quod teste Dioscoride & Theophrasto in Illyride, sive Slavonia optima proveniat. Thelpide cur dicta sit, me fugit. Viri doctiores legendum contendunt, uti in Aldino codice legitur, à r̄l̄m̄, soveo, calfacio. Qua iris pollet facultate. Alii eēz̄ corrigunt. Romani enim consecraticem dixerunt; quod in sacris, purificationis

causa, ejus esset usus. O *vogaria* vocabatur à τῷ ἀρχίῳ, *caeloz*,
quod cœlestis arcus specie & modo floreat. θαυματος, id
est, *admirabilis*, τὸ διηγόνον *admīrō*; quod veteres
arcus cœlestis figuram, (*Thaumantias enim Poëtis est*
arcus cœlestis) uti & hujus naturam sint admirati. Καρκί-
ων, id est, *purgans*; quod nomen, non quod alvum mo-
veat, obtinuit, sed maxime quod animam à vitiis in sa-
cra purgare crederetur. *Gladiolus* etiam dicitur, à si-
militudine quam folia cum gladio habent. χαλαμόε-
ρον, quod flores lilio folia calamo seu arundini similia-
fert. *Glossæ medicæ*: εις ἀλλυρικὸν τὸ καλορόφελον τὸ λίγυρον
τὸ εξ αὐτοῦ καλορόφελον. Ab hac cum lilio similitudine, Grae-
ci barbari κέρνον ἄργειον vocarunt. *Pelagonius Hippiatæ*
lib. 1. cap. III. "Ιριός ἀλυρικῆς τὸ λεπτόμενον ἄργειον κέρνον λί-
γυρον τὸ κάπισσον. Iris illyrica, quæ nonnullis sylvestre lilium
dicitur, selibram. *Lilium* cœlesti recentioribus dicitur à li-
lili figura colorisq; varietate, quæ in floribus conspicitur.
Hæc lucis plurimū præbent historiæ de *Hyacintho Poë-*
tarum, de quo alibi, *Marica* cur dicatur, me fugit. *Puto*
narica vel *naronica* legendum, quod circa Naronem
amnem, teste Nicandro, nascatur. Errant viri Doctissimi
qui irim λύκον dictam arbitrantur, siquidem *iridis* flos il-
lud nomen habet. *Athenæus* li. xv. Φιλίππος ἢ Φιλος τὰ ἄρθρα τῆς
ἱριδος λίγαδει λύκος, οὐδὲ τὸ ἐμφερῆ εἶναι λύκον γειλασι. *Philinus*
florem *iridis* lupum vocari scribit, quod lupi labris sit simi-
lis. *Hesych.* λύκος τὸ τε λιγεων ἄρθρο. *Frustra* ἵπτος scriptissime

Hesichium, vel *Iodes* restituendum vir doctissimus contendit. Hieris cur dicatur, supra exposui. De iride sparsim pluribus locis Theophrastus agit, quæ ut melius intelligentur, historiam ex Dioscoride præmittam, qui luculentissime hanc plantam depinxit. *Ies* — φύλλα δέ φίλει ὅμοια ἔπιφισ, μετίζονται δὲ τὰ φύλλα τε φύλλα, εἰποκαπτη, ποικιλά; οὐδὲ λευκά οὐδὲ σκοτεινά, οὐδὲ μελαγχα, οὐδὲ φυρώτα οὐδὲ γραπτα. Οὐδὲ Δέσμος τὸν ποικιλίαν ἀπεικόπθι οὐδὲ τὴν ἐπιφύλλην. Ρήγη δὲ ὑπειπος γεννατεῖς, τερεῖς, ινδοῖς, ἃς δὲτετα τὸν τορκινὸν γεννατεῖς τὸ σκοτεινόν, οὐδὲ γεράνιον λίνων διστομόν. Εἴτε δὲ βελτιώτερον εἰλαυνεῖν εἰ μακρόδιπλον, οὐδὲ τοι ταῦτα στεγάνην πυκνόρριζον, οὐδὲ ταπεσόδοντον, καὶ δὲθρωντον, οὐδὲ τὴν κλεψαντικήν Θ., καὶ σφόδρα ινδόν, καὶ τὴν γάλανην πικρότερην. Τοι τὸ σπουδαίον εἰλαυνεῖν, Ε μὴ τοπίζονται πικραστὸν τὸ καπτεῖδον κατεβαστα. Διπτερόν δὲ λιβυκήν, λευκήν καὶ γάρδαν πικρόν τετραγένεσιν; δευτερένυσσον τὸ διδύμην παλαιότερον αὐτὸν γεννατεῖς ταῦτα. Ευαδίσερον μὲρον τὸν γεννατεῖς. Id est, secundum Ruellii interpretationem. Iris folia fert gladioli, sed majora, latiora & pinguisora: flores in caule aequalibus inter se spaciis distant, incurvi, varii: siquidem candidi, pallentes, lutei, purpurei, aut cœrulei circumspiciuntur, qua diversi coloris specie, quedam cœlestis arcus imago representari videtur. Radices subiacent geniculatae, dure, odoratae, qua frustatim dissectae, in umbra siccantur & trajeclæ lino reconduntur. Melior est Illirica, & Macedonica, & inter has laudatissima quæ pumila feret & densa constat radice, frangenti contumax, subruffo colore, gustu amaro, odore perquam sincero, ita ut nullum proflus situm redoleat: quæ dum tunditur sternutamenta movet. Secundum locum habet Africana, candicans gustuque amara. Teredines cum vetustate sentiunt, tunc tamen odoratores reddi solent. Theophrastus hoc cap. xii. irim folio constare arundinaceo scribit: Dioscorides gladiolo comparat, sed majus, latius, & pinguis inquit esse. Uterque recte. Nam gladioli & arundinis formam habet iris, ad arundinis tamen magis accedit. Plinius lib. 27. cap. 12. medianum foliis describit iridis sativæ: sed quid medianus Plinius sit, sub judice lis hæret. Qualem ferat caule iris, non docet Dioscorides. Theophrastus loco cirato albucum, sive haftulam regiam æmulare ait, sed duriorum ac minorem esse. Flores, inquit Dioscorides, gerit in caule, vel, ut in aliis codicibus legitur, ἀντὶ επικαλλα, in summitate cujusque caulis. Hanc lectionem sequitur Oribasius, quod autoplia testatur. Flores hos ωρθοφύλλα, επικάμπη & πονκία inquit; ita δὲ regione inter se collocatos, ut sibi mutuo respondeant, reflexos ac varios. Παρεργάληα dicuntur recta paribus spaciis in altum surgentes flores, caule leve. Hoc enim, si Eucli di credimus, lineis quas parallelas dicunt, præcipue competit. Nec alio pertinet ea vox, quam ut significetur, non temere, neque in latera, aliarum plantarum modo caules iridis spargi, sed in altum, nullo inter se concurso ferri, & flores in his ita disponi, ne alter alterum impellat, similique concurrat. Πονκία various inquit esse flores. Quæri solet an diversi hi colores, in uno eodemque diversis tamen partibus, an pluribus ac diversis floribus debeat consipi. Utraque opinio habet suos autores, argumentisque confirmatur. Ac prior sententia hac nititur ratione, quod Dioscorides subjungit ὅτε — εγγρά; atque adeo propter hanc varietatem factum est, ut ipsa planta iridi cœlesti assimilata fuerit. Hoc ipsum etiam innuit Plinius lib. 21. cap. 7. Floret iris diversi coloris specie, sicut arcus cœlestis, unde & nomen. Ergo, inquiunt, particula non accipitur pro partim, seu aliqua ex parte, vel quadantenus. Qui alteram defendant opinionem partim Brasavoli utuntur auctoritate, qui hec de iride scribit. Iris vero à multis coloribus nuncupatur, qui vel in tota specie, vel in uno stiore sunt. Quum vero annis elapsis cum illustrissimo Alphonso, duce nostro, in Illirico essem, irim plures colores habentem quesivi, & inveni. Erant quidem in diversis individui, varii; in aliquibus candidi, in aliis pallidi, in aliis lucei, in diversis purpurei; ut plurimum vero cœrulei videbantur. Erat autem unus & idem flos variiis coloribus insignitus, ut inde arbitratus sim, irim dici non ob diversitatem coloris in specie, sed in individuo: tamen species non ex floribus, sed ex radicibus distinguuntur. Alia enim rufum colorem habet, alia candidantem. Lybica hæc est, prima illyrica, ac colorum diversitas non est in summitate florū, sed in infima parte. Haec tenus Brasavolus. Alio etiam argumento utuntur; quod Græci barbari irim illyricā albam scribant. Glossæ medicæ Ιεσις ιλλυρική τὸ καλομέχελον, τὸ λευκόν. Contra Neophyrus Illyricam Irim purpuream inquit, "Ιεσις ιλλυρική ἡ περιφύλλης εἶναις. Subscribo opinioni Mesues, quilib. secundo simpl. Iridis, inquit, duas sunt species. Est

enim quæ florem habet purpureum, habentem gradationem diversitatis in purpureitate, sicut haber arcus terroris, & propter hoc vocatus est iris. Est & alius, cuius, flos est albus. Concedo nomen acceperisse quod in uno eodemque flore, diversis tamen partibus reperiuntur colores varii; tamen non putarim Dioscoridem describere iridis quoddam genus, in quo hi omnes reperiantur colores; sed memorem eius esse, varios colores quandoque in diversis, quandoque in uno conspicu flore. Sed parum intereat, quam sequamur opinionem; siquidem omnes eundem præstant usum, nec radix cui colore vario, quam cui unico colore flos, præstantior est. Ultraque iris in Illyria nascitur & provenit. Videamus coloresquos recenset Dioscorides: alius albus, alius pallens. In Græco codice ἡρός legitur; quod cur interpretum quis viridem verterit non video. Nam ἡρός color est, ex luteo albicans, aut pallescens, ut ex Athenæo probatur, cum scribit, οὐδὲν μᾶλα οὐδὲν πάντα παλλεῖσθαι τοῦ παλλεῖσθαι κορπος fit eorum, qui cibo abstinent. Idem ex Hippocrate lib. I. prognost. probatur, cum ἡρός βλέψας, funestum esse scribit. Pallere & livescere palpebras observavi; virides fieri, non vidi. Nigros inquit esse. Quidam cum viderent non reperiunt nigras irides (nec tales dantur flores) μίλια pro μίλια, substituerunt. Sed supra quid vox μίλια botanicis, significet, dixi: hoc tantum addo vulgariter lectionem, nempe μίλια, servandam. Eam enim fecutus est Oribasius, qui omnia quam fidelissime ex Dioscoride transcriptit. Quæri posset, quæ causa sit, cur nigros non der natura flores? Causam hanc dant, quod nigrum in crassa substantia omnino sit, contra flos è tenuissimo plantæ fiat succo. De colore purpureo pauca hac occasione dicenda. Purpureum veteres ponunt, vel pro colore purpureo, qui duplex est, ut mox dicam; vel pro vivaci, excellentique. Id quod probatu non difficile est. Apud Marcum Euangelistam cap. xv. vers. xvii. de Salvatore nostro scriptum est, milites Domino nostro induisse vestem purpuream, καὶ εἰδύσιν αὐτὸν περφέρει. Idem apud Ioannem cap. xix. vers. II. καὶ ιμάτιον πορφυρόν, ἀστεράλων αὐτὸν. Et pallio purpureo induerunt illum. Quid purpureum significet, exponit Lucas, cap. xxiiii. vers. xi. ἡρός θεός ἢ αὐτὸν ὁ ἄρδης σὺν τοῖς στρατιώμασιν αὐτῷ, καὶ ἐμπατέας, ἀστεράλων ἀστέρι λαμπεῖν, — Herodes autem cum militibus suis, cum cum pro nibilo habuisset, & illusisset, amictum ueste splendida, remisit ad Pilatum. Hic τὸ πορφύραν, λαμπεῖν exponit. Quid clarus, quam πορφύραν pro splendido, venusta, eleganti, quandoque accipendum? Id ex Nonno probatur, cum locum citatum divi Iohannis in hunc sensum reddit.

**Καὶ μιν ἀνεκλαίνωσαν Πέτι χρεῖ πέπλα βαλόντες,
Σιδονίης σίλβου τε σφῆτανθήει θαβαστης.**

*Et ipsum uestiverunt injicientes corpori
Indumenta fulgentia, elegantis donis maris scintilla.*

Idem eodem cap. vers. xxiiii. ubi luculenter uestem Domini nostri describit,

**Καὶ αἰγλήντη χιτῶνα,
Οἳς ὅλον καὶ υπερζεν ὁμοῦ καὶ ἔπειτε Φορῆθε
Ἄρεψι φέρειν, οὐ φανταστικόν αὐχένος εἰς σφυρεῖ
λήγων.**

*Et splendidam tunicam
Quæ tota & in superiore simul, & inferiore parte gen-
statorū à collo
Ad malleolos desinens insutile erat contexta.*

Anacreon Poëta Venerem πορφυρόν vocavit, quod esset splendida, venusta. Hoc etiam sensu apud ipsum legitur Dioscoridem, uti cap. xcix. de bitumine. “Ετι δημολὴ πορφυρεῖδη σίλεου, probatur purpuræ modo splendens.” Purpureum bitumen videre nondum licuit; splendens ac nigrum, ex dono amplissimi viri Petri de Graef ex Iudea cum reversus esset, acceperit; quod ipse ad mare moruum collegit. Atrum esse bitumen, non tantum Virgi- ius, sed etiam Tacitus satis perspicuo docent. Quod manus, proposito colore nigro, veteres πορφυρόν habuere. Iliad. λαβεῖ πορφύρα θάνατον. Contra latinus Poëta pallidam dixit mortem. Idem Poëta purpureum colorem vocat vivacitatem & gratiam, qua in unoquoque reperitur colore, lib. iv. Od. I.

*Tempestivus in domo
Pauli purpureis ales oloribus
Commissabere maximi.*

Olores præter niveam albedinem habent venustatem
Splendoris, qua oculos & animam oblectant. Hanc ob-
causam idem Poëta salem, purpureum dixit.

Hic sale purpureo, viva que nitentia lympha.

Maro nivem eo donavit epithelium.

Carmina purpurea, candidiora nive.

Idem lib. I. Georg.
Ex quo puerus et pueras dicit scylla capillo

Et pro purpureo pa-

Furius apud Gellium.
V. Salliae iis Salviae

*Vt fulica ipsa levis volitat super æquora clausis,
Sæcundus eorum virides dum purpuras undas*

Hic purpurat, sic interpretatur Gellius, ut idem

Hic purpurat, hic interpretatur Genius, ut idem nitescere facit. Cicero in Academ. questionibus

niste *cere* *racit.* Cicero in Academ. quatuoribus. Mare dicit esse cœruleum; sed quando remis agitur, esse purpureum. In promptu ratio est, quod aqua commota, ex illa parte lumen aliquid, quo antea carebat, recipit, & ita illuminata hoc nomen sortitur. Auctor Vitruvius purpas (de testacea animalcula loquitur) pro soli proprietate, aliud atque aliud habere colorem, & apud Tyrum quidem rubrum, circa Africam autem puniceum succū emittere, quo & purpura tingitur, quam violaceā appellant. Cornelius Nepos, *mejuvene violacea purpurea vigebat.* Finem ut faciam, ipse Servius purpureum; pulchrum & floridum vocari dicit. Ad hunc Virgilii locum

Namque ipse decoram

Cæsariem nato genitrix, lumenque juventæ

Purpureum, & laetos oculis afflariat honores.

Ut probabilem suam faciat opinionē, citat Horatii versos jam citatos, qui purpureum colorem pro splendido, pulchroque sumi satis innuit in arte Poētica.

Incep*tis* gravibus, plerumque & magna professis

Purpureus latè qui splendeat, unus & alter

Affitur pannus.

Quod Homerus in hymnis αἰγαλεῖον, Catullus purpu-
reum ramum vertit.

Candida purpurea rami

Frondes purpurat auro.
Veteres colore in purpureum, Belgæ chermesijnt vocant. Color hic non uni tantum attribuitur, sed pluribus & fortasse omnibus. Chermesiu[m] enim dicunt, rubrum, purpureum, incarnatum, violaceum, & non diu est, quod chermesiu[m] albo & viridi colore sit attributum in panis & sericis. Ad iridem revertatur. Hujus florem purpureum dicit Dioscorides. Color purpureus, ut dixi, duplex est, quod sic docet auctor libelli de coloribus, Aristotelei attributi cap. 11. ubi inquit. *Διὸς ἐπεὶ ἀνταπολέμησεν οὐρανὸν ὁ πρεσβυτερὸς εἰπεῖν τὸν φαίνεται τοῦ αἰράτου καὶ δύο τοῦ τετράγωνοῦ ἀθετεῖς γῆς σύνοπτος τόπος μεταξὺ τοῦ πεντεγωνοῦ ὅπου τὸν αἴγακον προφέρει λαγόν. φαίνεται καὶ ηὐδαίμονη πορφυρίδης, ὃς τοῦ πεντεγωνοῦ μεταξύ τοῦ πεντεγωνοῦ τοῦ τετράγωνοῦ σχιάσθη.* Vespertini aëris purpura sit ex pauciore nigredine cum copioso rubidine, maris purpura ex cæruleo & rubro sit. Color hic violaceus dicitur, quem sæpiissime Dioscorides πορφυρὸν vocat lib. iv. cap. cxxi. ubi violæ florem πορφυρὸν inquit. Ita etiam eodem libro cap. cxx. asteris attoni florem purpureo colore describit; qui eodem colore est. Ita cum irim purpureum habere florem scribit, intelligit violaceum. Nigrum enim vocat saturato colore florem, sive cui multum rubedinis cum pauca nigredine. Cæruleus quis color notus, aëreum vulgo vocant. Et hæc de flore veteres observarunt; nisi quod Theop. lib. vi. hist. capite ultimo irim astare florere dicat. Recentiores iridis florem noctu hiare & solis contactu contrahi dicunt; rationem addunt, quod interiores sinus amittunt humorem, quem sol extrahit; quare contrahuntur, eundemque à nocturno rore recipiunt. Estq; ea causa cur noctu laxentur. Sed hæc in flore iridis nondum observare licuit; nec vera puto, siquidem iridis flos rarius unius diei spatiū exedit. De semine nihil veteres. Non desunt etiam ex recentioribus, qui semen ferre negent. Cum teste Dodonéo, Lobelio, Clusio cæterisq; botanicis, semen ferat in capitulo oblongo, gladioli modo crassifloro, trigonum, rugosum, fuscum, pisi fere instar magnum, sesami figura. Radices luculenter describit Dioscorides. Subiacent inquit, geniculatae, solidae odoratae, quas incisas in umbra siccari, tandemque lino filo trajici, atque ita recondi oportet. Horum quedam in viridi, quedam in exsiccata radice vera sunt. Geniculata radix est, cù ē terra effoditur; exsiccata, qualē officinæ ostendunt, geniculis caret. Decorticata enim, odore caret recens, contra probè exsiccata odoratissima, ut docet Theop. li. 6. de cauf. ca. 12. & sequentibus; ubi plurima notata digna de odore Praeceptor, eaque de causa Lector librum dictum adeat. Sed & aliā lib. de odoribus moyet de iridis odore

quæstionem; cur, scilicet, flores & coronamenta, odoris
alioquin imbecillioris, procul etiam oleant, iris verò &
nardus, reliquaque sicca odoramenta multoq[ue] vehe-
mentiora è propinquu tantum. Hanc etiam in proble-
matibus tractat quæstionem Aristoteles. Sed & eam
ipsam loco citato mouere videtur Theophrastus. Le-
ctor videat quæ à cap. xii. ad finem lib. vi. de causis
annotavi. Præstantissimam irim Dioscorides inquit Illy-
ricam & Macedonicam. Theophrastus verò in Illiria, si-
ve Slavonia ut vulgo dicunt, irim meliorem esse, quam
in Macedonia; rationemque Lib. i. de caus. cap. xxviii
addit, quod neque limosa, neque pinguis, neque lenta,
neque glutinosa sit terra illyrica. Hanc loco citato exa-
minabo rationem. Non omnis irisillyrica est optima, sed
ea tantum quæ in Illyriæ locis à mari remotoribus, se-
ptentrionem versus nascitur. Nam quæ prope maritima
provenit optima non est, ut docet Theophrastus lib. ix.
cap. vii. Idem Plinius lib. xxii. cap. viii. *Laudatissima in*
Illyrico, & ibi quoque non in maritimis, sed in sylvestribus
*Drylonis & Naronæ. Doctiores Plinii codicem deprava-
tum esse scribunt, ac pro sylvestribus, palustribus repon-
nunt; idque quia Nicander in Theriaca cecinit.*

የጥናት እና የዕለታዊ ሪፖርታዎች የሚፈልጉ ነው ይህንን የአዲስ አበባ

Irim quam aluit Drili & Naronis ripa.

Ad hunc versum Scholia stes, ἐπίλευσιν μηδέποτε τόπος τὸ
ιανθεύειν τελεῖ. θρίλων γὰρ ποταμὸς οὐλαυράν, καὶ ταχεῖ. ὁς Αἰγαίου
εἶσι τοὺς οὐλαυρίους τὴν λιβύην. Addendum hū præcipit irim
illyricam. Drilon enim & naron fluvii illyrici, qui Illyricos
& Liburnos separat. Sed quid verat loca hæc circa fluvios
hos esse sylvestria. Quid omnia ne loca fluvii vicina pa-
lustria sunt, Loca Rheno & Vahali, Isalæque vicina ta-
lia non sunt? Quid notius Daventriensibus, quam ea esse
arenosa & fabulosa, nec non sylvestria? Demum, an non
& palustria, sylvestria sunt? Mendosus itaque codex non
videtur Plinii; præsertim cum ex Theophrasti lib. II.
cauf. satis colligi possit, loca hæc non esse palustria, quod
Thraciam pessimā ea de causa dicat, quod solum thra-
cicum nimio humore sit confertum. Præterea improbat
Theophrastus marinā, quod sit humidior, & excremen-
tosior. Quomodo itaq; palustris probari potest, quæ ne-
cessariò pluribus scatet excrementis. Aura siquidem ma-
rina sicca est, & littus facit sterilia & arida. Dioscorides,
non nec Theophrastus illyricę iridis an plura sint genera,
non tradunt. Plinius loco citato dō inquit esse; *Illyrica*
quoq; duorum generum est, *rhabanitis à similitudine, quæ*
& melior *Rhizotomos subrufa*. In his Plinii verbis unum
alterumve examinandum. Primum genus rhabanitum
vocari tradit. Quæritur an Galenus, & Aëtius genus hoc
astragalitum vocarint. Etenim apud Galenū lib. L. §
τομος, ca. I. titulo ad calvescentes præter actatem scrip-
tum reperio *τετραγάλας* (lego, ut dixi, ex Aëtio lib.
XII. cap. II. in emplast. venenator: *τετραγαλανδες*) δι
ιανθεύειν τελεῖ. Viri doctiores astragalitum hanc, & rhabani-
tum Plini eandem esse putant, idque quod Dioscorides
astragali radicem magnam inquit instar rhabaphi, *τετρα-*
inquit lib. IV. cap. LXI. δι της τεγγυών εστιν ράφανος τη-
μαζήν, Radice rotundarhabaphi modo prægrandi. Huic o-
pinioni non contradicam, verum irim astragalitum eandem
esse cum Dioscoridis astragalo neutiquam concedam,
idque quod Galenus hanc illyricam à quibusdam vocari
scribat. Quod nemo de astragalo scriptit, nec quisquam
astragalum in Illyria provenire scribat. Quare Galeni
hanc astragalitum à Plinio rhabanitum dictam puto,
quod radice aliquo modo, saltē plusquam altera, refe-
rat astragalum, vel rhabaphum. Alterum in Plinianis
verbis notandum, quod subrufam minus bonam scribat,
cum ipse lib. XXI. cap. XX. scribat. *Iris russa melior, quam*
candida. Et hanc sententiam Dioscorides probat; &
inter hos ipsas, inquit, optima, cui densa radix est, quasi de-
cirtata, fragenti contumax, colore subfulvo, perquam
odorata, gustu amariore, odore sincero, queaque fuisse
non redolet, & inter tundendum sternutamenta ciet. Se-
cundum verò quo ad vires locum obtinet Africana, colo-
rc alba, gustu amara, veterascentes teredinum injuriant
sentiant; tunc tamen odoratores reddi solent. Contra
Democrats albam laudat irim, uti lib. II. de antidotis
cap. XV. δι αὐτὸν λευκὸν τετραγόνον καλῦπε. Idemque iris alba
siccæ præstantis. Idem lib. 8. τετραγόνον cap. x. τετραγόνον
τετραγόνον σεριφειον, pondusque par uni horum, irides mox
candidæ. Eodem capite δι τετραγόνον τετραγόνον κεκουμένης, pon-
dusque par contusæ & albidae iridis. Et quo vulgo uti-
mur florentina, sive Hetrusca alba est, odoratissima ta-
men, ac violæ fragrantiam emulatur. Quæri, solet flo-
rentina an illyrica præstantior sit. Illyrica intus subrufa,

extus alba est, Illyrica intus & extus candida quare odoratior; calidior. Etenim Gal. lib. iv. simp. cap. ultimo της εν ιριδη την τεμιναν, ουτο παρα και ξενθα, και ιενθερ θερμογε την λευκην εστι. In quoque enim genere in universum, fulva, flava, rubraque omnia albis sunt calidiora. Quamobrem pro diversitate indicationum, modo Illyrica sive subruffa, modo alba sive Florentina, pro ut scilicet medicamentum volumus vel calidius vel temperantius, melior erit. Alii tamen pugnantia loca citata aliter conciliare malunt. Nempe ubi subruffam laudat Dioscorides, intelligendum de interiori rubidine; ubi albam praescribit Damocrates, de exteriori albedine explicandum. Nec tamen inde eliciendum volunt, omnem iridem Illyricam subruffam foris albam, sed quandam tantum. Apud Dioscoridem legitur μόνη την την εστι, pro quo apud Oribasium scribitur παρατηγη, servidiora. Utrumque cum in iride percipiatur, perinde esse puto quam sequamur letctionem. Iridem illyricam bis florere scribunt nonnulli medici, florentinam temel. Alias etiam observarunt preter dictas differentias; quod florentinae radix major & crassior sit, illyrica minor & tenuior. Sanè Geoponica, auctor lib. xii. cap. xxii. Illyricam iridem tenuissimam & parvam scribit, της ιλλυρικης ή βεργίας ή λατωνίας φύτης, ον περ φάτων φύτων, λαυρωτικης αργειας μηρος. Iris illyrica parva & tenuissima, plantatur ex recentibus plantis, Ianuario usque ad Apriliem mensem. Africam irim Dioscorides secundum locum, quo ad vires, obtinere inquit. De hac iride pland aliter Galenus lib. i. de antidotis cap. xii. τὸ δὲ τῆς ιριδος ἡχητος ιχνη, παρεβαθμούσιν γραπτην της μισθίλης λιθίνης, ποσος εις ράμφην φίρεται πλειστη, τοσον τοι δέσποινται της ιδιογένεις, ουτο την την εστι, σπόμα της ζώντος, οδηντη της ανθετοι, ουτο πολὺ φωνητη λειτουργη. At vero quod ad iride pertinet, secut se res habet; si enim iris que ex magna Libya plurimum Roma defenser illytica comparetur, tantum ipsi cedet, quantum cadaver vivo corpori; non tamen aliis in genibus orta tam multum ab illyrica degenerare iris videtur. Hæc sane multum diversa, & pugnantia. Pro Dio- scoride est quod Theophractus Thracianum pro pessimæ notæ iride habeat. Plinius lib. xxii. cap. vii. Proxima in Macedonia longissima hæc & candicans & exilis (exilis & longissima qui sit, vix video.) Tertium locum habet Africana, amplissima inter omnes & gustu amarissima. Et hæc de iride dixisse sufficerit; reliqua videat lector locis citatis.

Caulium tradit differentias, ac quædam plantas caulem ferre tantum fructus causa, alias floris, alias utriusque gratia. Fructus, non floris causa arum caulem ferre inquit, idque quod ulsum nullum præstet flos: floris causa narcissum, & crocum ferre inquit. Crocum floris causa caulem producere, cuiilibet notum; magni enim usus stamna ac filamenta crocea. Semen colligi & ad aliquem usum experi, hactenus non audiri. Dubitatione non caret, narcissum floris tantum causa caule emittere. Nam semen quod gignit, nullum ulsum habere, præter rationem videtur. Hoc concedi potest, caulem narcissi floris præcipue causa, à natura conditum. Aliis caulis & floris, & fructus causa datus; scyllæ, bulbo, gladio, & aliis idcirco datum esse, facile concedunt omnes; de iride in dubium vocant. Sed falli eos supra diximus, qui irim fructum ferre negent. An bulbosculentus, nec florem, nec fructum ferat, cap. sequenti examinabo.

De asphodelo plura hoc capite habet Theophractus, quâ occasione asphodeli historiam enucleabimus. Ασφόδελος dictam volunt, quasi ασφόδελος, οὐδὲ την καλούσιαν οὐδὲν σπόδην, αὶ mortuorum combustorum cinere. Etenim in tumulis veteres asphodelum serebant, ne deesset cibus mortuis, ut Porphyrius in quodam epigrammate scriptum reliquit, ubi tumulum his verbis inducit, Νότη φραγμάτων της Ασφόδελος πολύβριζον καλπαρά την δέσποιαν. Foris guidem malvam, asphodelumque babeo, intus verò mortuum claudio. Sed hac de re supra, ubi verba Hesiodi expounduntur. Latini, ut Plinius ait, hastulam regiam vocant; quod dum floret prorsus sceptri regii effigie gerat. Hac etiam de causa heroin quidam vocarunt. Plinius lib. 22. cap. 22. Asphodelum de clarissimis herbarum, quam heroin quidam appellaverunt. Caulem asphodeli Theophractus ασφόδελον vocat, lib. i. cap. 7. si codex mendo non carer. Ασφόδελον plantam quandam esse, quæ in maritimis & terrestribus nascitur, eodem capite ex Hesiodio annotatum est. Item Ασφόδελον plantam quandam esse quæ manibus velli, sicut linum necesse habet. Ασφόδελον hæc, non videtur ab asphodelo planta esse diversa, sed eadem. Suidas Ασφόδελος αἱ την στεγάνην περιβολαῖς, τοι ἄνηρ. ηρόδοτος ἢ της καυδας φοι την, ασφοδελαν εστι ἢ ασφεντον. Antherici aris-

starum culmina & fastigia, Herodotus caules asphodeli sic vocatos scribit. Sunt autem hi fractu cōrumaces. Causa, quod tenaciores sint. Et hinc adagium natum, de quo supra, anthericum metere, de iis que laborem inanem ac sterilem capiunt. Caulem asphodeli, ασφόδελον dictum esse, restis est Theocriti scholia festae eidyll. primo: ασφόδελος φρεπτός, οὐ πάλαις αἰρετός, μετέωρος ἢ καὶ πλαστός. οὐ καυλὸς ασφόδελος προλέπτως, οὐ πικχυάλος ὃν ει μετέωρος τὸ οὐτό δὲ φοι τη Θεοφραστος. Απόλλωνος δι ο δορίου φοι τη λέγεται τὸ της ασφοδελος καυλός. ο δι Νιοντολήμονα, γελοίας αἰρετός της ασφόδελος τη στέγης. Anthericos asphodeli fructus, cuius folia porro sylvestri similia sunt, majora tamen & latiora. Caulis Antherix vocatur, cubitalis, aut etiam majoris altitudine: hoc etiam afferit Theophrastus. Negat Apollodorus Doriensis, sic dici asphodeli caulem. Neoprotomus vero ridiculè censet sic dictas floridas spicas. Multa in his consideratione digna. Anthericum inquit asphodeli fructu esse, Theophrastus caulem sic vocat, etiam Plinius lib. 21. ca. 17. & quid ultrae probatio opus est? Ipse Scholialastes. Eidyll. 3. five septimo, ασφόδελος καυλην asphodeli esse fatetur, Ασφόδελος δὲ οντότητα πλαστόφυλλος, οὐ καυλὸς ασφόδελος. Asphodelus herba latifolia, cuius caulis anthericon vocatur. Hippocrates in coacis præventione. an ossa cranii rupta sint, nec ne explorat, caule ferulae vel asphodeli, dentibus impo- sito, & mandere iusso. τὸ δὲ οπτηματα πότερον, οἴησαν οὐ στριψιν δέ, Διηγεσθαι διδούσι οὐκ επιτίπτει τη σπεργία ασφόδελος η γεγένησα. Οssa de quibus frada sint nec ne ambigitur, sic discernas, si asphodeli caulem in utramq; maxillam mandibulam exhibueris. Folia, inquit idem Scholialastes, habere porro sylvestri latiora ac majora. Plinius loco citato, Theophrastus, & fere Græci, princepsque Pythagoras caulem ejus cubitalem, & saxe duorum cubitorum, foliis porro sylvestris, anthericon vocavere; Radicem vero, id est bulbos asphodelon, nostri illud albicum vocant, & asphodelon hastulam regiam. Quod folia porro similia habet verum quidē sed majora & latiora esse, præter veritatem est. Caulem scholia festae ασφόδελον vocari afferit; atque hæc Theophrastum scribere ait. Theophrastus, caulem ut jam saxe dictum, ασφόδελον vocat, ubi ασφόδελον vocatum referat, me fugat. Recte Apollodorus sic negat appellatum caulem. Nam si Hesychio creditus, (Suidas enim ab Herodoto caulem sic dictum scribit,) antheris planta quædam est, & asphodeli semen significat sive fructu. Videat lector que supra l. i. c. 7. diximus. Illud non omitendum, quod Dioscorides ασφόδελον florem asphodeli vocare videtur, eius verba, ut Theophrasti elatiora fiant, simul examinabimus. Ασφόδελος φοι της πατετικης γράμματος, φύλακα ιχνων περισσων μεταξιν ουσια καυλὸν δι τεττην, ιχνητης οὐκεται αιρετο καλεσθει ασφόδελον, πιζος δι πετρων ιπεικην, προσγελλε, βαλάνων ομοια, δρυπεικη κανη την γενετην, & διατην θεραπευτησι. Asphodelus planata est, plerisque omnibus cognita, foliis magni porri, caule vero loci, ferente in cacumine florem, quem Anthericon appellant. Radices subjacent rotundae, teretes, glandibus similes, gustu acres, & calcificandi vi prædilecta. Folia inquit, porro magno similia habere, Plinius sylvestri comparat. Nec male: nam illud magnum. Theocriti Scholia festae non sine erro latiora & majora dixit. Nam, ut Theophrastus statim in initio hujus capituli, angusta, longa, & leviter lenta dixit, qualia autopis esse docet. Nec folia hæc in caule habet; sed humili jacent, statimque ab radiis excurrent, ut observavit Theophrastus lib. i. cap. xvi. Caulem levem inquit Dioscorides; Theophrastus hoc capite comparat iridi, sed iridis minorem & duriorem esse inquit. Supra libro vi. cap. ii. ferulaceum esse dixit. Rectius iridi comparatur ferulaceus dici nequit: geniculis enim caret. Sed forte id fecit, quod circa finem sit ramosus, durus, & lignosus, fratique sub finem extatis instar ferulæ. Et hæc causa cur Hippocrates præscripsit ad explorandum, an cranium sit fractum. Nicander cervis instar describit.

Η ε ασφόδελον ιται πολυνησια μόχητ. 1. Et viridem asphodelum longa cervice decorum. Notat Scholia festae in quibusdam exemplaribus legi πολυνησια, ideoque cervis instar Interpres reddidit. Vulgata magis arridet lectio, quod magni sit. Asphodelum magnum caulem cibitale aut majorem inquit scholia festae Theocriti. Illud peculiare habere notat Theophrastus, quod sit levis, ac angusto corpore in ramulos superne spargatur. Ex quibus colligo, non vulgata in hastulæ regiam ipsum novisse, sed racemosam Clusi, quæ in horto nostro quotannis floret. Aliud peculiare de eadem scribit asphodelo, quod in albuco, sive antherico vermis gignatur, eumq; in aliud aliquod animalculum volatile floridumque transfiguratur. Nec vermiculum hunc, nec animalculum hoc un-

quam observavi, etiamque quotannis plura nostro in horto floreant asphodeli genera. Doctiss. Gaza vermem hunc mutari scribit, cum florere incipit. Nobis verisimilius videtur, hanc mutationem fieri cum arescere incipit, ut Græcus codex habet. In cacumine florem emicare, scribit Dioscorides, eumque vocari Anthericon. Sic dici asphodeli caulem satis superque jam probavimus. Hac de causa Doctiss. Saracenus αὐθίσινον καλέσαντον referendum putat, non ad αἴθος, ut prima fronte videtur, sed ad καυλόν. Huic quo minus subscriptam sententiam, prohibent versus Nicandri in Theriacis, qui contra Theophrastum aliosque Græcos αὐθίσινον, florem, seu potius spicam asphodeli vocat. Versus hoc modo se habent.

Ἄχει δὲ αὐθίσινον διαιθέος ἀλλοτε εἴζων,
Ἄλλοτε καυλέσιον ὑπέρτερον αὐθίσινον,
Πολλάκι δὲ ἀντίσθεμα, οὐτος λοβὸς αὐθίσινος αἴθος.

Ad hunc locum Scholiaates, Διοφάνης φοιτή τὸν αὐθίσινον οὐτονόμον, οὐ διοφάνην, οὐ διατάξην ικονίαν αἴθος. δές γδ̄ πάτερ τοῖς ιδίαις, οὐ Διός, τὰ τέοντας αὐτές οὐδεικας καλεῖσθαι. καυλέσιον γέ φοιτή τὸν καυλέσιον, σπιρετεροῦ δὲ τὸν αἴθος εἰλέκτην, αὐτὸν τὸ μεῖζον τε αἴθος εἰλέκτην. τὸ δὲ αὐθίσιον αἴθος καυλέσιον, οὐ γάρ οὐτος εἰσὶν αἴθος αἴθος εἰς τὸν ιδίων λοβὸν οὐκετε πατεῖ. πατεῖ γέ τοι αὐθίσιος αἴθος τὸν αἴθοντα εἰλέκτην, οὐτος γέ τοι αὐθίσιον λοβὸν γαρ λεγότα πατεῖ λεπτὸν οὐτονόμον οὐτονόμον — Dianthe dixit asphodelū quod pellucide floreat aut biflora, quasi duplēm habeat florem: his enim quotannis floret. Vel propter ambitus quos habet floridos sic vocatur. Caulem vocat calamum. κατηπερ, id est, superiorēm anterīcē dixit, pro maiore. αὐθίσιον vero pro καυλέσιον scorsim. Non enim perinde ac in cicere accidit, quodlibet seminis granum cui libet vase, aut vaseculo impositum. Quidam legunt αὐθίσιον αὐθίσιον, ut sit circum semen. Lobis enim dicitur omne receptaculum cori- cosum, in quo continetur semen. Significat etiam vas in quo agricultore semina deponunt. Videl lector αὐθίσιos flores, vel spicam esse, id est, eam partem in qua flores sunt. Nec id abs re. Siquidem αὐθίσιον nonnunquā pro summo spicarum fastigio sumitur, nec bis floret, ut Scholiaates scribit; sed particulatum, ut scilla; cuius historiam adeat lector. Flores in ordinem per ambitum positos haber, ut Scholiaates observavit. De semine nihil Dioscorides. Theophrastus orbiculatum gignere capitulum scribit, quod flori subest, id est florē sequitur, sive quod decisus primis floribus, ac jam mediis decidentibus supremisque se se aperientibus conspicitur. In hoc capitulo orbiculato semen continet, lignosum, triquetrum, obsoleto colore nigro, quod sponte cum orbiculatum capitulum fere aperit, decidit. Radices Theophrastus supra cap. iv. glandulosas dixit, sed Dioscorides luculentius describit. Plinius napis non inepit loco citato comparat. Radix, inquit, napis modicus simili est: neque alia numerosior, lxxx. simul coacervata bulbis. Matthiolus centenarium numerum sēpe excedere scribit. Atque hæc est asphodeli ex veterum scriptis delineatio: Recentiores his fere verbis describunt. Sequar maxime Doctiss. Clusium, utpote qui primus Theophrasti asphodelum descripsit: ac in delineando præ ceteris diligens fatus. Multa, inquit, habet oblonga folia, angusta, triangula, & veluti carinata, fungosa & lenta, mucronata. Caulem rotundum, levem, bicubitalem, interdum in ramos superne fissum, quem à medio fere sursum vergendo, exornant multi stellati, sex foliorum flores, coloris intus albi, foris verdō purpurascētē singula folia secundum longitudinem quasi distinguente (ut ornithogali flos linea virescētē distinctus est) totidem quo foliola staminibus medium occupantibus: semen durum, lignosum, rugosum, atrum, & figura triquetra, capitulo orbiculati fere, sed tribus eminentioribus costis prædicto, & viridi purpurascētē continetur, quod illo per maturitatē debilis cadit, floret per partes, & incipit ab imis. Radices ab uno capite numerosæ exsunt, oblongæ, exiguis napis similes, sed inferiore sede crassiores atque in fibras desinentes, succi plene, candentes, ingratis ac acris gustus. Asphodelum Theophrastus per multa ad cibum utilia ferre ait. Idem Plinius loco citato. Asphodelus manditur & semine toto & bulbo; sed hoc in cinere tosto, dein sale & oleo addito; prætereat tufo cum fiscis precipua voluptate, ut videtur Hesiodo. Traditur & ante portas villarum satum, remedium esse contra veneficorum noxiā. Postremum hoc Theophrastus de scylla, non de asphodelo tradit. Idem etiam

semen torrefactum, non bulbum, sed radicem cum fico usui esse scribit; idque maximo ex Hesiodo, cuius versus supra cap. de malva magna ex parte exposuimus. Illud tantum addendum, vilem, nec usque adeò gratum fuisse cibum, quippe acrem. Sed acrimoniam ut tollerent, addebat fucus; nec tum usque adeò ingratum credo cibum. Illud præterea adjiciendum, eos, ut Plinius scribit, errare, qui asphodelum alimum, ab Hesiodo dictum putant, quod famem, sitimque arcet; cum alia ab hac diversa sit planta. Hec Plinius sunt verba l. & c. 22. Asphodelum ab Hesiodo quidam alimon appellari existimavere, quod falsum arbitror. Est enim suo nomine alimon, non parvi & ipsum erroris inter autores. Atque hæc asphodelus est veterum, cuius diversas differentiarum figuræ addidimus. Id tamen viris satis doctis minus arridet, qui putant Galeni asphodelū ab his diversam, ac pro ea habent ornithogalū angustifolium majus, floribus ex albo virescētibus, sive, ut Lobelius vocat, asphodelum, hyacinthinum Galeni in quam & Hesiodi, hanc putant esse, cuius etiam figurā addidimus. Nam alteras asphodelos, pro Dioscoridis & Theophrasti agnoscunt. alterā hæc asphodelum foliis, caule, floribus capitulisiq; refert; nisi quod folio sit angustiore & breviore, floribus rarioribus, ex sex parvis acuminatis foliolis & aliquot in medio staminibus compositis, colore ex albo virescētibus. Capitula etiam fert triangularia, sed oblongiora, in quibus semen, quod triquetrum nō est. Radix subfert singularis, bulbosa. Verba Galeni, de asphodelo audiamus. Sic ille lib. i. de aliament. facult. cap. LXV. τῷ δὲ τοῖς στιλίοντας ἡλίῳ τοῦ φασκούσι τὸν εἶναι τὸν αὐθίσινον καταβόθραν μήλον, καὶ χαμαγέ, ἐπικεράτην. σπουδαῖον μήλον τοιοῦτον οὐ διέμενον, τὸ τούτον τὸν πικεράτην δέσποτεται, καὶ τούτος τοῖς στιλίοντας διαφορεῖ δυσκοίτης γάρ οὐτονόμος οὐτείναι ποιότης. Ήσιόδος μήλον τοιούτον, οὐ πικεράτην τὸν αὐθίσινον, εἰς φοιτήν τον αὐθίσινον. Εγαγόδησα Διός λιτεύον σπιρετοκόν πνεύματος εἰναιτητης πλειστον τοῦ δέσποτον τοῦ εἰδούτου γλυκού, μελίσι αὐτον τὸν εἰδούτον ιερατοπετεινον. Ταῦτα μήλα ταῦτα τοῦ πεπονοῦ τὸν πίρην οὐτονόμον εἰναιτητης, καὶ λεπτωτοποιόν, καθαλασσήν τοῦ δραγητοῦ. διὸ καὶ τοιοῦτον αὐτὸν τὸν εἰναιτητην διδάσκει πνεύματος μήλον οὐ μη. Radix asphodeli, & magnitudine & figura, & amarore scille radici quodammodo est similis. Si tamen ut lupini, paretur, maximā partem sui amaroris deponit, in eoq; à scilla discrepat. Nā scyllæ qualitas difficillime eluitur. Hesiodus certe asphodelū laudat, cum sic ait, nec nulla utilitas. Evidem novi quosdā rusticos, qui grassante fame, vix tandem compluribus elixationibus in aqua dulci, esculentam ipsam reddiderint. Porro hæc quoq; radix, quemadmodū & dracunculi, facultatem habet tenuandi, atq; aperiendi. Proinde quidā

Ornithogalum majus.



*ipsius asparagum pro summo remedio ictero laborantibus exhibent. Ex hoc Galeni loco pater Theophrastum, vel Galenum in asphodeli Historia errasse. Theophrastus enim glandulosas radices asphodelo tribuit, qualis neutquam scillæ radix, seu bulbus. Theophrasto hac in parte addictior sum, utpote qui Hesiodi temporibus, Galeni respectu, proximè vixit. Sæculis scilicet tribus, quatuor, aut quinque antiquior Galeno. Etenim Alexandri magni tempore floruit. Galenus vero Hadriani & Commodi temporibus. Perspectum itaque magis esse ipsi potuit, quæ asphodelus fuerit Hesiodi. Accedit quod præter Galenum nemo tradiderit, scillæ magnitudine, & figura esse asphodelum. Unum est quod Galenum excusare potest, quod vocem *nō* addiderit. Verum ut fatear, nullum in radice asphodeli cum scilla similitudinem animadvertere possum. Restat examinamus, an de asphodelo quodam scripsit Hesiodus, quæ non nisi compluribus elisionibus esculenta reddi possit. Deinde an hyacinthus asphodelus, sit Galeni asphodelus. Utrumque maximi nominis Botanicus afferit. De priori quæstione primum, mox de altera videbimus. Non inquit, est verisimile Hesiodū commendasse. Nam cibum aliquem paratu facilem per malvam & asphodelum insinuasse videtur. Ex iis quæ supra diximus sconstat, vulgatum, vilemque multi usus, nec non multis, magnisque qualitatibus, cibum fuisse; sed facilem paratu, id est simplicem. Nemo veterum, sive Theophrastus, sive Plato, sive cæteri antiquissimi Græci scriptores edulium quoddam ex malya asphodeloq; paratum scribunt. Addit Theophrastus, tusam radicem cum ficu maximo in usu fuisse. Cur ficus addita? nempe ut tolleretur, vel saltem obtunderetur acrimonia, & amaritudo qua prædicta est. Nec hyacinthina asphodelus ea est, quæ Galenus describit, quia bulbum fert scilla multo minor, nec tunicis, ut scilla prædicta, nec amarorem manifestam guttanti præbet. Asphodeli genera plura recentiores observarunt. Asphodelus alia est (liceat Lector cum Plinio sic loqui) Theophrasti, sive alba ramosa. Hanc saepe radicibus ducentis, aur pluribus ab uno capite dependentibus reperiri scribunt. Est & alba alia non ra-*

Asphodelus albus major Lob.



Asphodelus luteus.




mosa. Reperitur & autumnalis quædam, etiam purpurascens foliis maculatis. Nec alphodelo caret hortus noster quæ luteo flore & radice est. Habet quidem radices plures, sed singulas oblongas ac tenues, quæ glandulosæ dici vix possunt. Folia; etiâ multo tenuiora fert. Meminere Tabernamot & Gerar, alphodeli luteæ quæ albæ radicibus ac floribus sit similis; sed foliis brevioribus, cauleq; latis foliis cincto. Minima alphodelus præterito anno in horto diligenter. Penini floruit. Tres pseudoalphodeli vulgo dictæ reperiuntur, anglica, quæ in palustribus Batavorum frequentissima, scotica, & alpina. Alphodelus foliis fistulosis, an ad alphodelorum classem referri debeat, merito quæri potest? Fibrosis siquidem, non glandulosæ constat radicibus; folia habet minora, angustiora, dilutius virentia; cauliculus fert quinque vel sex, quos flosculi conveстиunt albidi. Quidam Botanici non incelebres phalangium cretæ saloniensis nuncuparunt, alii alterum phalangii genus. Botanici Dioscoridi, Plinioque gratias dixissent, si pleniorem phalangii descriptionem tradidissent. Hæc de phalangio scribit Dioscorides lib. III. cap. CXXII. φαλάγγιον, οὐ δὲ φαλαγγίτης, οὐ δὲ καὶ φαλαγγίθεα καλέσοι, κλάνεται σύν δύο, η τρισ, η τετράνταις δέσμοις απὸ ἀλλήλων, αὐτὸν λευκὸν φαλαγγίτην, συγχριτικὸν πολλὰς ἵσχους, ἀπραστόταχνον, πέλειον, ματαρέοφυτον φαλαγγίτην (lacuna & Marcell. ex antiquioribus codicibus η μι' ζερ) ισχρίτερον οὐδὲ πι πολλῷ εἰς ζύγων μεχερ, λεπτὸν, κλασσόν, ἀμφοτεροῖς κανθάραις επιτίθεται, οὐδὲ συνέλεγεται, φύεται δὲ συγκαλόφυτος. Phalangion, aliqui phalangition, alii etiam leucanthem appellant. Ramuli ei sunt duo aut tres, pluresve inter se distantes, flores candidi, liliaceis similes, incisuras multas habentes. Semen vero crassum, nigrum, ad dimidiatae lentis figuram, sed multo gracilis. Radicula parva, tenuis, & dum ē terra eruitur coloris herbacei: postea vero contrahit sese. Nascitur in collibus. Interpres vir Doctiss. αὐτὸν φαλαγγίτην, φαλαγγίνην vel φαλαγγίτην, inavult legere; cuius opinioni subscrivo. Nam sic Oribasium, Galenum & Aeginetam legisse constat. φαλαγγίτην, inquit Galenus, lib. VIII. simpl. ὅντος αἰώνας εἰς τὴν βασικὴν τοῦ φαλαγγίου διανομοῦσι: Phalangites ex eo nomen accepit, quod à phalangio demorsis medeat. Etiam sic legit Plinius lib. XXVI. cap. XII. Phalangites à quibusdam phalangium vocatur, ab aliis leucanthemon, vel (ut in quibusdam exemplaribus invenio) leucanthon. Ramuli sunt ei nunquam pauciores duobus in diversa tendentes, flos candidus, lilio rubro similis, semine nigro, lato, ad lenticula figuram, multo tenuiore radice, herbacei coloris. Ex his Plinius verbis Interpres Saracenus αὐτὸν λεγεινū legendum afferit πλαγῆν, crassitudini. Nam, quod sequitur, dimidiæ lentis gracilis esse, non bene responderet. Vulgata tamen lectio nititur auctoritate Oribassi. Verum tamen in utroque codice mendum esse potest, facilis enim unius alteriusque litteræ lapsus. Nisi forte legendū contendamus ex vetustiss. codice pro ἡμιονή μᾶλα, semine nigro, crasso lentiū vel majore. Sed hanc improbat lectioen Oribasius Pliniusque. Χλωρός Doctissimus Dalecampius vertit; non viridem vel herbacei coloris, ut Plinius, sed pallidum vel subluteum. Idem etiam, ut Lugdunensis scribit, αὐτὸν οὐρανίτην, legit οὐρανίτην, id est, albescit. Saracenus nihil mutandum censet, quamvis cum temporis tractu contrahitur corrugaturque radix. Verisimile quoque est, si antea fuerit viridis herbarique coloris, aut pallida, subluteaque, ex consequenti colore quodammodo mutari. Prudenter facit Saracenus. Oribasius enim vulgariter defendit lectioen. Verum tamen ut fatear, magis arridet Dalecampii lectio. Nam τὸ χλωρόν rectius opponitur οὐρανίτην, quam οὐρανίτην. Quid enim illud est, radicula est parva, tenuis, dum ē terra eruitur, coloris pallidi aut herbacei, postea se contrahit? An igitur postea crassescit, minorque fit? Verisimilius postea albescere. Notum est radices plures dum siccantur albescere. Ratio in promptu, quod dum virent nimio redundant humore. Albedo enim in sicco consistit. Plantam, cuius figuram addidi, pro phalangio vulgo ostendunt. Hujus folia graminis instar exeunt; è medio horum teres assurgit scapus; in ramulos distributus, in quibus flores candore, & divisura lilio similes staminibus aliquot concoloribus mediis. Capitula succedunt rotunda, ochris minora, lini valvulis similia. Per maturitatem in tres partes hæc dehiscunt: semen vero in his nigrum, veluti melanthii; non tamen perinde angulosum; radices tenues & oblongæ non distituuntur fibris tenuibus. Vider facile lector si diligenter ad Dioscoridis Pliniique delineationem attendat, hanc plantam non satis cum descriptione convenire. Nam Dioscorides ramulos in-

Phalangium ramosum;



quit habere duos aut tres, pluresve inter se distantes, Plinii duobus nunquā pauciores huic esse afferit. Huic unus cauliculus in summo plures pusillos ramos promens

Phalangium virginianum.



nec semen dimidiæ lentis figura, sed rotundum; aprius tamen phalangium, quam molii dicitur, seu Dioscoridis, seu Plini. Nullo enim bulbo, ne quidem nigra radice præditum. Phalangium virginianum, cuius adpingi curavi iconem foliis, et gramineis, angustis palmaribus, nervosis, acuminatis. Vide Bauhinum ad finem phytopinacis.

Postquam dixit asphodeli radicem ad plurima utilem, subicit omnes plantas, quibus radix capitata, diuturnioris esse vitæ, Possunt etiam verba Græca in hunc sensum exponi; *plantas omnes que vita longevæ sunt constare radice capitata*. Sed illud haud verum videtur. Nam serpyllum, ruta, aliaque sunt radice lignosa, & tamen vita diuturnioris. Quare, ut dixit Gazæ interpretatio maximè arridet. Inter plantas radice capitatas, sive bulbosas longissimæ vitæ scyllam esse inquit. De qua plura hoc capite refert. Scillæ itaque historiam enarrare incipio.

Græci plantam hanc οὐίλλας & οὐίλλας dixerunt. Veteri apud Theophrastum scriptum οὐίλλας puto, quod antiquissimi Græci sic scribant. Nomen accepit, vel quod inter hanc & marinum testaceum pisces, at tunica squamarum compactili serie scyllam vocatum, maxima similitudo intercedit: vel οὐίλλας nomen obtinuit διό τε οὐίληματο, id est, ariditate; quod in subletis marinis, sole retorridis, oriatur; cuiusmodi sunt in Hispania, & prope aridæ Lusitanæ telsqua maritima. Latini scyllam dicunt, & squillam, etiam antiquissimi. Palladius in Martio, titulo de fico. Aliqui mulum predeſſe confirmant (ut generosiora poma producat) si plantam faci diviso squille bulbo interſitum, ſtrictamque vinculis collocemus. Apud Varronem, Palladio multo antiquorem, etiam squilla legitur lib. i. cap. vii. Alia in mari, ut scribit Theophrastus palmas & squillas. Citat locum Praeceptoris, qui lib. i. hist. cap. viii. reperitur. Paulus tamen aliter Magister, & rectius. Horum exemplo omnibus officinis squilla nominatur, nec scilla vox recentior. Columella lib. x. Et scilla birsuta ſepes nunc horrida rufa. Et ſic aliis in locis, apud eundem & Plinium scribitur. Planta hæc Græcis etiam οὐίλλα dicitur; quo nomine etiam lentiscus gaudet. Sed mox plenius de nomine hoc agam. Quod intus in scilla, tenerum ac molle est, quali adeps, Hippocrati οὐίλλας τὸ μεζῆδες dicitur lib. de ulceribus. Σλάιδης τὸ εἶναι τὸ μεζῆδες τρίψις ἡ πένητη οὐεὶς σῖτην ήταν, Scilla internam partem mucosam terito, & resinam pini cum recenti adipe ſuilla. Depravatus Erotiani est codex, apud quem legitur οὐίλλας τὸ νεγᾶδες τῆς πίζης τὸ κυπεῖον, pro quo Henricus Stephanus reposuit τὸ νεγᾶδες. Verum locus citatus oftendit τὸ μεζῆδες legendum. Nec ſuccum intelligit Hippocrates, ſed quod intus quasi adeps est. Στίχη, οὐίλλας μίσος, καὶ τελεφέδος οὐίλλας, Geoponical auctor lib. xvii. cap. v. vocat κριθεῖς τῆς δικτίας ιντιδες, cap. μίσος. eidē μὲν τελεφέδος τους τηλεγύς αἱ βούς οὐίλλας τὸ τελεφέδος μέτα νόσος τετίτερος, καὶ τελεφέδος τουτοις τὰ αἴτια φέρει τῆς οὐίλλας, καὶ οὐεὶς εἰτον τὸ τελεφέδος μεγάλη τὸ βαθός. Tempus admissura idoneum est medium ver; ſi vero vaccæ tauros non admittunt ſcilla medullam ſive corculum, hoc est tenerrimas ipsius partes, & ſi ita dicere licet adipem, cum aqua terere oportet, & oblinire inde naturam vaccarum. Flos ſcille Arat̄οντος dicitur, uti versus citati infra ostendunt. Videat lector quæ ſupra dicta ſunt. Scille quia Diſcoridi notaſatis, notaſ tradidit nullas, plures tradidit Theophrastus, ſed variis diversisque in locis. Lib. i. ca. vii. ſcillam numerat inter ea quæ interreſtribuviſt; attamen in mari quandoque vivit. Hinc capam quidam nomiſarunt marinam. Cap. x. radicem delcribit; ubi plures habere radices ſcribit; etenim carnosam & corticosam habet, & quæ ab hac demittunt. Idem repetit lib. vii. cap. iv. lib. i. de cauſa lib. 4. capitata esse, tunicasque habere plures, nec non lentiſtiam. Capitata habere radicē hoc capite docet, in qua radicis parte vires majores docet lib. 6. cap. 8. Obijicit quis fallum eſſe quod ſcribit Praeceptor, plures ſcillam habere radices. Etenim Aristoteles vel auctor iſtorum libellorum lib. i. cap. iv. unica radice conſtarē ſcribit, πνεῦμα μέντος πίκανως, οὐ οὐίλλας, αὐτὴν ἡ γεννήτης οὐ τὸ ιδάφες, τὸ αρρεῖν πρέπει, ὅπις ταῦτα τοι ταλαντιταὶ, καὶ ἀκαθάδοτοι μετάλλοι Διαχείνουσι τὸ ηλίῳ. ὅπου γὰρ ταῦτα βάλῃ αὐτὴν άνεξάντα. ἔτος ἡ νεανὶς τὸ θερμόν οὐίλλας ταῦτα κατέπει, οὐκανά. Quedam unam tantum radicem habent, ut ſcilla. Hæc de solo oritur & exiliter prodit propterea quod ſubetus dilatatur, ſequenti vero tempore magis, diſtinguitur à ſole cum enim ad eam appulit,

auget ipsam. Idem etiam agnascentes bulbos educit ex inferiore parte. Agnata, sive ἀγνάτης Auctor hic non agnoscit pro radicibus Contra Theophrastus. Ex singulis enim nova planta oritur. Quin etiam si acutatius ac strictius sumamus, fibre adhaerentes radices sunt. Sed in lib. de causis. de hac quæstione agam. Multa plura sunt examinanda in verbis auctoris citati, quæ non sunt hujus loci. Illud tantum addam; fallum esse quod scribat solam latitudinem acquirere. Non enim sessilis scilla, sed globosa ac turbinata potius aliquantum. Et hoc ex Periclis capite scire poterat. Folia à radice illico exire scribit lib. I. hist. cap. xvi. eaque lata lib. viii. cap. xi. inquit, Dioscorides lib. III. cap. xxv. aloes folia comparat scillæ. Αλόη φύλλον ἔχει σκιλλὴν καὶ θυσιάστων παχὺν, λαππέργην, τὸν ωταν, τὸν τραχεῖαν φίλαταν τετράπτυχον κλάδουν. Aloë folium habet scillae similitudine, crassum, pingue, in rotundo modice latum, retrofusum pandum. Lib. I. de cauf. cap. viii. radices, cauleisque planta abscisso servare suum vitale principium posse, scribit; ita ut ad germen etiam extundam mouere se valeant. Etiam effossa & suspensa diutius vivere potest, ut lib. v. de cauf. cap. 4. scribit & capite hoc x. Causa, quod plurimo turgear succo. Sed hoc incommodi patitur, quod raro iterum flores producat; quod in bulbis pluribus ex Indiis allatis observavi. Quæ hoc xi. cap. de scilla docet Præceptor, examinare incipio. Cur suspensa vivat diu, jam dixi. Punica mala, alioque servat fructus, pediculo in scillam infixo, ιπποτροφίας τε μήχανον lego, non ut vulgo, εγεννώμενον, vel, ut Aldinus codex habet, επιγεννώμενον. Columella lib. de arboribus cap. xxxiii. ubi de malo punico ferendo agit; At si jam arborem satam babueris, scyllam secundum radicem arboris serito, alio modo cum jam matura mala fuerint, antequam riumpantur, peciolos, quibus pendent, intorquent, eo modo servabuntur etiam anno toto. Satorum nonnulla in scilla satata, celerius germinare ait. Videat lector quæ cap. viii. lib. i. hist. diximus. Causam hujus rei dat Theophrastus lib. v. cap. vii. de causis, quam suo loco examinabo. Scillam tum ad nascendum, tum ad uniuersum maxime conducere, docet auctor Geponicus, liba. IV. cap. vi. Καλύπτει δὲ τὸν μέρον τὸν καλυπτόν τοῦτο τὸ γῆς καπνοθεῖτον σκίλλην ιμβλαθέσιον καπνοθεῖτον. Οὐδὲ τὴν φύσιν καὶ τὴν σύνστασιν τὴν σκίλλην συμβαλλεται. Præstabilius tamen fuerit si tetram sarmenti partem, quæ in terram deponitur, scilla insertam deposueris. scilla enim tum ad nascendum, tum ad uniuersum conducit. Traditur & ante portas satam remedium esse contra veneficorum noxam. Dioscorides lib. II. cap. ccii. "Εἰ δὲ καὶ αἱ Φαραγγῖαι ὅλη τὰ τελεῖαν κατεργάντι. Est tora foribus suspensa contra malorum medicamentorum noxiā remedio. Plinius lib. xx. cap. viii. Pythagoras scillam in limine quoque janua suspensam malorum medicamentorum introitum pellere tradit. Veneficia solitos arcere expiare noxios priscos homines scilla, citata loca satis probant. Eriam quos per contempnum insultabant, scilla impetrabant ut ex hoc Theocriti loco Eidyl. vii. vel latem Scholiate probatur.

Κὴν μὲν ταῦθ' ἔρδοις ὡς Παν φίλε, μηδέ τοι παιδίσκος
Αρκαδίης σκιλλαστον ὥσθ' πλευράς τε καὶ ὁμώνυμος.
Τανικὰ μαστόδοιεν ο τε κρέα τυτθά παρείν.

*Id si facias ò care Pan non te pueris
Arcadici scillis sub latera & humeros.
Tunc flagellent cum parum carnium adfueris.*

Scoliaastes O' ἀρχαδες ἵντι θύρας ἐγίνοντες, εἰ μὴ ἴνηπερίας ἵντοχος,
ἴτιμων τὸ Πάνατον εἰ δὲ τηλετόνος, σκίλλων εἰς αὐτὸν περιέβην παρεγ-
στεν ἀθηναῖον τῆς θύρας ἵπποτες. Μέρατος δι Φονοὶ εἰστοντος Ἀρκαδίαν
εἶπεν, τοῦ οὐ Πάνον τὸ Πάνα τοιούτον καλλίστον. Ήνοι δὲ τοις ὅταν ὁ
χόρηγος λεπτοῖς ἵπποῖς θυντοι, καὶ μηνιγένες η τοῦ ἰδίουσι. Διὸ φονοὶ²
κρία τυθὰ παρεῖν. Arcades venatum exeunte si feliciter suc-
cedebat venatio, honorabant Pana, sin contra, in eundē scil-
lis debacchabantur, quoniam venationi, ferisque praeceperet.
Munatus autem dicit. Festum arcadicum esse, in quo scillæ
petebant Pana pueri. Nonnulli quando chorearum principi-
pes tenues sacrificium sacrificarent, nec satræ appositum eden-
tibus foret. idcirco aixit Poeta cum parum carnium adfuc-
rit. Adagium de amente & furiolo extat; scillas sepul-
chro evellere. Hinc quidam scillam juxta sepulchra sa-
tam putant. Theocritus Eidyl. v.

Κοματεῖς.

Ὕδη τις μόρσων πικραινεται. ἐχει παρηθέν;

Σκίλλας ιών γεύσας ὅπε σύμπατος αυσίκα πίλοις.

Λάκων.

Κήρω οὐδὲ κνισθώ μόρσων πιά καὶ τὸ λύσαται,

Ἐνθάντη πέκυλαριτος ὄρυσε νον εἰς τὸν Αἴγαντα.

Comates.

Iam δὲ Morson Lacon irascitur: nonne insani Lacon,
Vade cito Scillas veteres ē sepulchro evelle.

Lacon.

Et ego Comacum δὲ Morson pungo: & tu Comace insani
Profectus ad halantē inde cyclaminū effodias.

Ad priores versus magnum patriæ nostræ lumen Erasmus: Innuit, illum, quod in certamine canendi superatus sit, adeò id iracundè ferre, ut periculum sit ne vertatur in insaniam. Quem ego ex verbibus citatis sensum colligere nequeo, verum hunc: Lacon cum serio Comatem indignari videret, convitum pro convitio reponit; manus tamen saltuque, ut in iram manifestam prorumpat. Quid cum Comates animadverteret; ad judicem conversus, jam ait δὲ Morson, vir ille bonus irascitur; rursumque ad Laconem conversus; nonne, inquit, insani; eas igitur ut scillam tibi compares Nec horum vermiculorum sensum intellexit Græcus interpres, & nescio quem obscenū ex his elicit. Sed nostrum non est Poëtarum versus expondere. Illud indagandum, cur Poëta scilla lucumones & insanos curet. Diocorides cap. xxv. lib. v. de aceto scilliticō, θραλλαθετικῷ τοις ιπποταῖς, οὐρανοῖς, μηλαχολικοῖς, απλιθωτοῖς, comataib; vertiginosis, melancholicis, ac mente captis exhibetur. Nec hoc Ausonius latuit

Scillaro decies si cor purgariis acetō,

Anticipesque tuum samis Lucumonis acumen.

Id præstat scilla, quod obstructa aperiat, crassia incidat, lijem roboret. Melancholia autem & insania sæpius ex obstructione lienis, crassis & terrestribus humoribus istunt. Purgandi quam vim acetum scilliticum habeat, ignoro. Nemo hanc facultatem ei tribuit. Quod autem inquit Poëta; purgariis, intelligit, munderis, quod aperiendo & incidendo sit. Nam purgandi vi caret scilla. Hac occasione scholiastes Nicandri errorem de virtute scilla ostendam. Ad hunc ille versum,

Σὺν τῷ νόσον σκύλλης κάρα, ἀνάπει βολεῶν
σωτερεῖα.

Adde caput scille niveum simul arida bulbis
Semina.

Niφοῖς τὸ τῆς σκύλλης κάρα γέρανον ὄντυρον, ή ὄντυρον ψυχεῖν. καὶ
διὰ σκύλλα ψυχεῖν εἰσινεταις. ή τὸ λευκόν, οἵος εἰσὶν ὁ νόσος.
τὸ δὲ τῆς σκύλλης κάρα λευκόν εἰσι. αὖτις αὐτούσια βαλβων.
τὸν αὐτούσια σκύλλης λίχανα πολλάκις γέρει βαλβων εὑρίσκειν, οὐδὲ τὸ λευκόν, οἷον εἰσηγεῖται μηδὲ
αὐτούσια. Id est, Scyllæ nivale caput dicit, quod scylla herba vel humida, vel frigida; frigida enim virtutis & efficacie est; vel quod instar nivis alba sit. Scyllæ enim seminæ caput album, per siccæ semina bulborum, semina scyllæ accipit. Nam multo membranarum amictu contracta scyllæ intratunicas, veluti in tenebris & caligine semina condit. Caput niveum dixit, quod scylla caulem ferat cubitalem aut majorem, rectum, nudum, absque foliis, plurimis candidis stellarisque floribus ornatum, ut figura addita ostendit. Fallum est scillam, humidam & frigidam esse: ridendi sunt qui nivea frigida & humida esse volunt, quod nix tali facultate sit. Niveum tithymali lac & aliorum; acria tamen & satis calida. Calidam & siccæ scillam esse probatur, quod aperiendi & incidendi vim habeat. De generibus scillæ infra videbimus. Quod semen scillæ multis membranis tunicisque contractum est, fabulam sapit. Capitula succedunt flori triangula, compressis angulis, & velut inania; in quibus tamen nigrum, planum, paleaceum semen radix, ut supra diximus, multis tunicis cincta. Sed video quid velit scholiastes. Semen antequam in caule consipiatur, essentia in radice continetur; Ideo inquit in tene-

Scillæ flos & semen.



bris caligineque condi. Ignoscē nostram ignorantiam lector; utrique scholia st̄a scilla incognita fuit. Quid ineptius quam σκύλλα ἔδεις Coriolis molitus εὔχεστο, Scilla herba genus, quod nullum omnino usum habet. Reliqua inepta, & castis auribus indigna. Notat Theophrastus, scilla caulem floremque primum exire, dein folia, id experientia comprobatur. Nam quo tempore floret scilla, nudus est caulis, foliisque viduus. His arescentibus, demum emergunt folia liliacea, lata, viridia admodum, densa sive carnosa, humili expansa, nonnihil carcinata. Ternos florū proventus ostendere ait, eosque seminatis tempora ostendere, nec non sementis successum, ut Geoponicon auctor ait, τῆς σκύλλης τὸ καλλιποτόνος διδοῦσι, καὶ μέτα μεγαλούμενος, τυραννίας ομιλεῖται. Scilla flos, virgæ specie enascens, & non cirsus marcescens, fertilitatem fructuum ejus anni portendit; Sic & Plinius li. xxii cap. xvii. In scilla vero caulis exit, deinde flos ex eo mergit, eademque ter floret, ut diximus, tria tempora fationum ostendens. Hæc Plinius verba etiam viris longè doctissimis impoluerunt. Quippe crediderunt, scillam tribus diversis anni temporibus florere, vere, æstate, & autumno. Quod est præter veritatem & mentem Theophrasti, qui non τοῖς ἀριθμοῖς, uti Plinius, sed τοῖς ἀριθμοῖς nosūδαι scripsit. Id est, particulariter & diutissim florete, ob alimenti copiam & ubertatem. Quod Theophrastus καὶ μέτα ἀριθμοῖς nosūδαι dicit. Ita at ab ima caulis parte primum incipiat. Ut itaque clarus veterum mens percipiatur, quomodo & scilla & asphodelus florent, exponam. Caulis plurimis ac densissimis floribus stipatus assurgit. Horum qui in infima parte sunt, primum aperiuntur florentque; hi dum aperti vigent, medii turgent, supremi gliscunt duntaxat. Et hæc πρώτη ἀριθμος, primum florescendi impetus. Exactis aliquot diebus flores, qui primi reclū fuerunt, dilabuntur, succedente fructu siue capitulo modo descripto, ac tum medii se se promunt, supremi tantum intumescunt; quæ secunda ἀριθμος: postremo defluentibus mediis supremi se se explicant; quæ est tertia ἀριθμος. Sic florescendi ter repetitus impetus, terram quoque ter subigit oportere depunitat, prius quam

quam fruges ferantur. Hæc vulgata opinio etiam Plinii, & Aveni est; alia tamen Arati, & Theophrasti Triplicis enim arationis successum præmonstrare, horum est opinio. Ignosce lector, præter ordinem methodumque Ciceronem defendant! Magnum illud Gallia lumen Iulius Scaliger, & magnus Principis Guilhelmi Auraci archiater Lobelius, Aratum & Ciceronem ignorantiae reum faciunt. De Cicerone hæc Scaliger lib. 5. de causis plant. cap. 1. Lentisci vero historia ut cumulat repetitam de squilla narrationem: ita nos exitat ad Doctorum hominū non eruditam disquisitionem. Ajunt enim ex Aristophane, σύνοι, squillā dictam ab antiquis, de que ea scriptū ab Arato, non de lentisco; tametsi ex Cicerone Plinius sic agnoverit. Non enim lentiscū ter florere, sed scillā ex Theophrasto. De Cicerone Lobelius sic; Flores promit lentiscus Aprilimense, non particulatum, ut putarunt ex Arati & Ciceronis versu. Lentiscus triplici solita est grandescere fætu; quod Theophrastus meritò scillā attribuit, si autem vocis vicinitate deceperit lentisco. Quare non contemtim habendam nomenclationum perpensionem iurē asseverebamus. Quid hic commiserit Cicero, aut in quibus errarit, non video, Arati quidem versus latine reddidit, sed non adeò Græcarum litterarum ignorans fuit, quin noverit & lentiscum, & scillam à Græcis σύνοι dici; nec ignoravit latinæ linguae, eloquentiæque parens quique Athenis diu eloquentiæ causa egit Periclem ab Atheniensibus σύνοι φιλον dictum fuisse. Hæc de Pericle Plutarchus, Καὶ μετ' ἡμίσης ὀλίγας ἕπει περιελάτι τέ θόρ, ἀλλὰ τὴν ιδίαν τὴν σώματος ἀσύμμετον, αφεμένην ἢ τὸν κεφαλὴν, καὶ ἀσύμμετρην, ὅπερι τὸν φρόντιον αὐτοῦ οὐδὲν ἀποτελεῖσθαι περιέχοντα, μηδ βαλομένων (αἱ τοιαὶ τῶν τεχνῶν ἐξουσοῦσεν, οἱ τὸν ἀπτηγὸν ποιεῖσθαι σκινοκιφαλὸν αὐτὴν εἰπαδέν, τὴν γὰρ σπιλλαῖσιν οὐτε καὶ σύνοι ὄνομαζεστ). Et paucis diebus peperit Periclem, forma reliqui corporis decen-*ti*, sed capite oblongo, nec congruente. Vnde statu eis pene galeatē sunt omnes, tegentibus (ut confidio) artificibus hoc vitium. At poëtæ Attici schinocephalum vocarunt. Scilicet enim nonnunquam schinon appellant. Galenus in glossis, σύνοι έμποτε τὸ βαμβάνδης φυτόν, ἀλλὰ καὶ ἔδει τὸ σκιλλᾶς, εἰ μαρτιρῆς πάντοις σκιλλᾶς τῷ βαλλον. Non solum stirpem fruticosam; (lentiscum nempe) verum etiam scilla speciem quandam, forte omnis scilla bulbum ac radicem. Helychio quoq; exponitur χρων ἄδει φυτε νὴ τὸ σκιλλᾶς. Sed ipsos versus Arati videamus (quos neutrum legisse arbitror) quo facundissimus, nec non mellifluus Cicero ab hoc tam turpi errore liberetur, ac recte scripsisse judicetur.

Τελπλόσα ἡ δὲ θεοῦ κύριος. τειωταί ἐγενένται,
Γίνονται καρποί, Φέρεται ἐπειδή σημαδί, ἐκάστη,
Εξείς ἀρότῳ· οὐδὲ γάρ τοι ἀρότησιν ὥστη
τειπλόσα μείρονται μέσοιν, καὶ ἐπειδή αἱ φότες ἀκρεῖ.
Πρῶτος μὲν τοιούτην ἀρότον, μέσος θεοῦ ἐγενένται,
Καρπὸς ἐπαγγείλει, πυρατήν γέμειν ἔχατος ἄλλων
· Οὐ πιὰ γάρ καλλιεῖται λοχαίη δὲ θεοῦ ἀρότοι,
Κείνων γένεται ἄλλων ἀρότοις πολυληπτοῦ εἴη.
Τῷ δέ γένεται Φανροτάτῳ ὀλίγη, μέσος δὲ τοιούτην
Οὐτως δὲ ἀνθερόκος τειχίδα σκύλλης υπερβαθῆ,
Σήματα Ἐπιφερόσασθαι ὅμοιοι τοιούτοιο.
· Οὓς δὲ ἐπὶ σκύλου ἀρότηρ ἐπιφερόσασθαι καρπῷ,
Τόσας καὶ σκύλλης πειραρχεῖται ἀνθετει λευκῷ.

Iam vero semper viridus, semperque gravata
Lentiscus, triplici solita est grandescere factu :
Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi.
Nam tres esse ferunt promendi vomeris oras,
Primus habet primam fructus, mediisque secundam,
Tertius extremo factus respondet arato.
Si gradata egregios glandis lentiscus acervos
Proferat, hoc larga sperabis ab omni mecessis,
Et modica modicam, parca praeoscere parcam
Glande potes : terno pariter que tempore floret
Squilla, tibi dicet quo surgant mergite culmi.
Nam quaecunque avidum lentiscus facta colonum
Præmonuit, squilla poterunt tibi dicere flores.

Tres versus priores Ciceronis sunt, reliqui incomparabilis, divinique Hugonis Grotii. Arati versus quondam in hunc sensum interpretatus est Avienus, Poëta antiquus

*Quin & lentiscus amara
Indicium est pluviis : ter factum concipit arbos,
Terque novos genetrix fructus alit : ipsaque tri-
Flore renidescens tria tempora prodit arandi.
Ter prorumpens scillae teres erigit flos ,
Sulcandique solum ter monstrat tempus adesse.*

In eo errasse Ciceronem si dixissent, quod versus hos interpretatus sit, quasi Aratus tria tempora arandi ostenderit, cum arationis, vel potius fationis successum premonstrare hi vidantur versus ^{et} ^{tertius} — ^{secundus} id est.


*Nam quo lentiscus gravidos fert tempore fatus,
Illiū aut fruſtra terris ſudabit aratrum.*

XXVII. cap. XII. *Pancratium aliquis scillam pusillam appellare malunt, foliis albi lili longioribus crassioribusque, radice bulbi magni, colore rufo.* An legit apud Dioscoridem, οὐδὲν μικρὸν ὄνομα; Apud Oribasium vulgata lectio reperitur, nec verisimile tale quippiam Dioscoridem scripsisse. Quomodo scilla pusilla dici potest, si radix bulbi magnitudine sit? An itaque scripsit Dioscorides, οὐδὲν μικρὸν? Hoc verisimilium quidem; quanquam nec hoc affirmare possum. Vocem etiam, crassioribus, de suo addidit Plinius. Attamen talia folia habet. Pancratium ea est planta cuius effigiem addidimus; frequenter ad nos adferuntur. Non parvam cum scilla similitudinem habet. Folia hujus majora, amplioraque sunt, & ut Dioscorides ait, lili foliis longiora, quandoque angustiora, nec raro; præfertim si magnus sit bulbus, quales hoc anno plurimum allati, qui pueri caput magnitudine vin-

quam perficuum narcissum vocat diligentiss. Clusius Autumnalis etiam narcissum Clusii frequens apud nos est. Scio hos florem autumnali tempore ferre, ac quidem perficuum narcissum florem ante folia producere (floret enim ad finem Septembrii, foliaque demum in-eunte vere emitit,) sed narcissos hos esse, Tuliparii nodi negant, & perficium quidem narcissum flore melino, autumnalem colchicum luteo flore vocant. Quod flos colchico similis, narcissus dissimilis sit. Quin etiam colchica florent foliis vidua autumno; vere novo foliis primum prodeuntibus. Et hoc alterum est argumentum qui colchici genus esse probant. Dein nec folia narcissum referunt; sed hemerocallidi Valentiniæ, de qua supra, similia, lata, plana ejusdemque cum illis coloris, hoc est ad ærugineum tendentis, quæ ut plurimum convolvuntur, aut sese circumagunt. Etiam narcissi autumnalis folia colchico similiora quam narcissi. De flore extra dubium est, de quo neutiquam intelligi locus hic Theophrasti potest. Non enim post, sed ante florem folia emitit. Malo itaque ex Plinio crocum scribere; nec dubito quin sic in Theophrasti codicibus Plinii tempore scriptum fuerit. Exscriptis hunc Theophrasti locum his verbis lib. XXI. cap. XVII. Notabilis & scilla crocique natura, quod cum omnes herbæ folium primum emittant, mox in caulem rotundentur; in iis quidem caulis prius intelligitur quam folium, & in croco quidem flos impellitur caule: in scilla vero caulis exit, deinde flos ex eo emergit, eademque ter floret, ut diximus, tria tempora fationum ostendens. Aliud argumentum addo, quo probo narcissum perficium non esse de quo loquitur hoc capite Theophrastus; quod croco, sive, ut in vulgaris legitur codicibus, narcissus cum flos marcescit, non prodeant folia, sed, ut dictum, Martio Aprilique demum mensibus. Contra croco evenit. Hujus enim solia, ubi flos arefcit, statim erumpunt. Porro lego, τε κρόκος οὐδέ τε αὐτὸς μόνος ιδεύει, καὶ αὐτὸς γένεται τε καὶ αὐτὸς. Et croci quidem (caulis) floris tantum causa primum propellitur: justum enim legitimus tempus prævenit flos. Et hoc in croco autunnali tempore observatur. Iustum tempus prævenire dicit, non tantum quod ante folia floret, vel quod ante caulinum, seu quod simul cum caulinulo flos conspiciatur. Etiam αὐτὸς legimus uti vulgaris lectio haber, non cum Theodoro αὐτὸς. Etenim crocus non bis floret. Magnus & eximius Philosophus Theodori lectio probat. Theodorus, inquit, legit αὐτὸν. Recte. Nam si caulis simul cum flore tabescit, post mīn αὐτὸν, non αὐτὸς folia eduntur. Immo post αὐτὸν, & floris caulisve αὐτὸν folia primum prodeunt. Et ille est sensus verborum Theophrasti. Sed malim legere αὐτὸν, cum marcescit, sive marcescere incipiunt, quia foliorum rudimentum flore cauleque jam marcescente conspicitur. Quod etiam observavit, Theophrastus uti ad finem capituli legimus.

Προς ἡ μὲν φωτιστήν. Quomodo ante folia florere possint, novit acutissimus philosophus; sed ante caulem quomodo exire flos possit, non videt. Et tamen in tussilagine, croco, & colchico vulgari, nec non narcissu perfico dicto, id observare licet. Ad finem aëstatis, cum colchici, croci, & narcissi folia marcescunt, ac jam perierunt. Primum quod sese è terra conspicendum dat, flos est; qui ubi attollitur, caulinulus prodit, qui ante terra condebatur, nec conspiciebatur. Falluntur Botanici qui tussilaginem sive bechium Dioscorides, Tiphion Theophrasti esse scribunt. Radicem enim tussilago candidam & tenuem habet: tiphion, uti scribit Theophrastus lib. I. de cauf. cap. x. radice in caput excrescit, uti lillum & similia. Bechii sive tussilaginis meminit Dioscorides lib. III. cap. CXXVI. Βίχιον φύλλα τέλεα ὄμητα κιστῆς μείζονας εἰς τὴν ψεύτικην (in Parisiensi codice scribitur εἰς τὴν πάσης της εἴτε λινῆς, εἰς τὴν πάσης της κλωνῆς) Hæc contra veritatem omnemque rationem. Vera lectio, εἰς τὴν πάσης της εἴτε κλωνῆς, εἰς τὴν πάσης της κλωνῆς. Et hanc comprobant experientia, ipsumque tussilaginis folium. Superne enim è virore pallent, inferne albant. Hæc etiam lectio Oribasti, & Plinii auctoritate munitur) εἰς τὴν πάσης της εἴτε κλωνῆς, κωνίας πλειστοῖς ἔχοντας; καυλὸν αὐθιματοῦ ἀβοτόν οὐχεῖν καπνὸν τὸ λαρ, ἀδέιαν δὲ δεσμῶτες τόποι αἴθεοι καὶ τὸν καυλὸν ὅπερ πάσι ταῖς λαβοῖς ἀκαλοῖν καὶ αὐτῷτι ἵππαρχον τὸν πόλαν ἥξει λαπτόν, ἀληφός. (lego ἴνχειθε, quia infra radicem ad eadem fere quæ folia utilē scribit) φύτα ταῦτα λιβάδες οὐδὲ σύνδροις τόποις. Id est, Tussilagini folia sunt hederae similia; sed majuscula, sena, septenaque à radice prode-

Pancratium verum Clusii.



cunt. Folia sunt latiora. Magisque quam scilla carniata, & quodammodo surrecta. Bulbus major quam scilla, ex multis similius tunicis constans, exterius rubens aut subrubens, vel subpurpureus. Experientia comprobat bulbum hunc minus efficacem esse quam scilla vulgaris; Hispanis rusticis exosus quondam, qui præserraneum venenum esse putarunt. Quod verum esse potest, recenter erutus si sit; quamvis & hoc an verum sit, non constet. Pancratium dictum videtur à profligandis & vincendis morbis omnibus. Quam ob causam & cichorium, nomen illud haber. Plinius lib. XX. cap. VIII. Cichorium refrigerat — Quod quidem propter singularem salubritatem aliqui chestron appellant, aliis pancratium.

Lego cum Doctiss. Gaza αἰγιδῶπε. Plinius lib. XI. cap. XVII. Mirum loton herbam, & aegilops non nisi post annum è semine suo nasci. Hoc tamen non tradit Theophrastus, partim, inquit, anno primo, partim secundo.

Quod de narcissu vulgaris codices tradunt, id de croco Plinius; & quidem rectius. Nullum narcissi genus novi, quod ante folia florem producat. Vidi plantam

prodeuntia, inferne albida, superne verò virentia, pluribus angulis praedsta: cuius palma — altitudine, flos ex luteo albicans (ex luteo albicans, dixit interpres Saracenus, tum quia bechii flos propemodum aureo fulger colore; tum quia Plato ἔχει ex flavo alboque confari scribit) qui verno tempore prodit, at quam primum una cum caule amittitur. Ex quo factum, ut non nulli hanc sine caule ac sine flore esse existimaverint. radix tenuis, nec supervacula. Nascitur circa scaturigines aquarū, & riguis locis. Non tantum hoc capite Tussilaginem ante folia florem producere, eosque errare qui non florere scribunt bechion, sed in præfatione totius operis idem scribit, eosque taxat, qui ~~anom~~ scripserunt tussilaginem. Quo in numero Plinium reperio lib. xxv i. cap. vi. ubi scribit, *Tussum sedat bechion, quæ & tussilago dicuntur.* Duo ejus genera: *Sylvestris ubi nascitur, subesse aquas credunt;* & hoc habent signum aquileges. Folia sunt majuscula, quam hederae, quinque aut septem, subalbida à terra; supernè pallida, sine caule, sine flore, sine semine, radice tenui. *Quidam eandem esse bechion, & alio nomine chameleucen putant.* — Altera à quibusdam *salvia* vocatur similis verbasco. Hanc viri doctiores ~~αιλοφανες~~ vulgo dictam putant. Tussilaginem vocari scribit. Idem Auctuarii auctor testatur. Cælius verò Aurelianus chronicus passion. lib. ii. cap. vii. tussicularem vocat, vel radicem, inquit, herbæ tussicularis, quam vehion appellavit. Lege *herbae tussicularis* quam bechion appellant. Nomen bechii, tussilaginisque ab utilitate, quam præstat orthopnoicis, & tussi vexatis, accepit. Plinius chameleucen vocari scribit, quod etiam Auctuarii testatur auctor. Chameleuce humilis populus, à foliorum albedine & quod planta parva sit ac humili. Idem Plinius farfaram vocari scribit lib. xxv. cap. xv. quo loco bechion vocari *Chameleuce*, inquit, apud nos *farranum*, (lege *farfarum*) sive *farfugium* vocant. Nascitur secundum fluviros, folio populi sed ampliore. Divergam à bechio plantam describere videtur (bechii enim nomen facit) cum eadem omnino planta sit. Alia tamen chameleuce est Dioscoridis, herba haec δέσμωτης tota viridis, qualis non est tussilago. Plinius *χαμηλευκη* legisse videtur. Quam non improbo lectionem; quia sic in optimis Dioscoridis codicibus legi *Cordus* scribit. De tussilagine hoc refertur; radici adnasci subalbidam quandam lanuginem, quæ à radicum segmentis prius repurgata, & deinde linteolis involuta, & in lixivio pa-

rum decocta, addito salis nitri aliquanto, ac denum sole siccata, omnium optimus est fomes, ad ignem è filice excussum excipiendum. Quippe adeò ignis rapax est, ut statim primo chalybis tantum concusso accendatur. De foliis radiceque tussilaginis satis diximus. Illud tantum addendum, æstate breve inter folia caput, pollicem crassum, brevi pediculo inhærente, summa tellure vix emergens. Caltham palustrem non esse tussilaginis genus, seu Chameleucem Plinii probatur; quod folia non habeat albida, instar albæ populi: tum quod ante foliorum exortum non floreat, nec cito defloreat; sed perticulatum & diu: tum etiam quod flores non sint pappositi, quod nulla plane prædicta sit lanugine. De caltha hac supra plura diximus, quæ repeterem, inutilis foret laboris. Cum Tiphyo Theophrasti non male convenit Narcissus perficere. Hic croci instar sine foliis cauleque floret, circa Arcturi ortum, foliaque emitit circa ejusdem occasionem. Id est, floret Septembri mense, folia producit Martio. Radicem, uti loco citato scribit Theophrastus, habet bulbos, à basi statim exuberantem, crassam intus candidam, foris pallidiorem quidem, sed aliquantum etiam nigrificantem. A Clusio his ferè verbis describitur.

Αὐτῶν planè hæc est planta, & floris duntaxat pediculo prædicta, veluti crocum colchicumque. Exilit ergo è membranaceo cucullo, tanquam vasculo, aut theca flos oblongus, croci aut colchici floris æmulus, sex foliis constans, ex flavo pallentibus, quorum tria interiora paulum angustiora sunt, externa latiora, & summo mucrone nonnihil incurva, sive δόνηψον quandam habentia, qua interiorum mucronem amplectuntur, & comprehendunt, ingratissodalis, & papaveris quasi virus redolentis. Stamina sex medium florem occupant, in foliorum unguibus nata; sed internorum foliorum reliquis longiora. Exilit è medio longior stulos; gracilis & sine capite est. Amygdali, inquit Magnus Scaliger, exemplum cum apponit, videtur non convenire cum illis verbis καὶ τὸ καυλόν; neque enim ante caulem floret amygdalus. Nimirum strictè hæc verba capit. magnus Philosophus. Intelligit Præceptor ante novorum caulinum productionem. Alter etiam responderi potest. Puta; hæc de coronariis quibusdam, nec non oleribus, de quibus hoc libro agit, intelligenda, non de amygdalo, de qua tantum secundario agit. Ad illud magis attendendum, an sola amygdalus ante foliorum eruptionem floreat. De armeniaco enim nihil dicam.

K E Φ. IB.

C A P. x i i i .

Bulborum genera, & differentiae. Genus quoddam bulborum lanigerum esse, unde togæ, & alia vestimenta texantur. Quod peculiare datum Sisyrinchio. Adianti, id est, capilli Veneris folium, in aqua nunquam madescere, ejusque duo esse genera, atque ambo ad defluvium capillorum utilia oleo trita. Fidiculam ad urinæ distillationes utilem. Quid anthemone peculiare.

TΩΝ Δὲ Βολβῶν ὅπι τολείω γένη, Φανερόν· καὶ
χαρτῇ τῷ μεγίσθει, καὶ τῇ χροα, καὶ τοῖς χήμασι
Διαφέρεστ, καὶ τοῖς χυλοῖς. εἰνακχύ χαρτῷ γάτῳ γλυκεῖς,
ώσε καὶ ἀμάξεισθεται, καθάπερ ἐν Χερρονήσῳ τῇ
Ταυρικῇ. μεγίστη δὲ καὶ μεγάτη Διαφορὰ τῶν ἐρυ-
Φόρων, ἵνα χαρτῷ π γένος τοιχτὸν, ὁ Φύεται αἰγαλοῖς.
ἔχει δὲ τὸ ερυτόν ταῦτα τὰς τριώτας χιτῶνας. ὥσε αὖτα
† π' αὐτοῖς Al. μεσόν εἶναι τὸ πέδωνίμιον τὸ σύντος, καὶ τὸ εἴκοσι. ὑφά-
ντεται δὲ εἴκοσι αὐτῷ καὶ τὸ πόδεια καὶ αἱλαὶ μετάτια. διὸ εἰ-
πειται ιδατόν εργάδες τοῦτο. καὶ γάρ ωσπερ τὸ σύντονον τελεκάθαδες.
Al. Bas. * Ald. ὁ πατερ τοιχίων ἔτι Βολβώδη, καὶ γάρ ελάτητο. τοῦτο σῆμα κα-
πανοῦ ενικεῖ. Ιατέρερ τὸ λευκοῖον καὶ Βολβίνη, καὶ δὲ ὄπιτίων, Εποίξ,
Lege. καὶ τροπον τινὰ τὸ σιουεργάκιον. Βολβώδη δὲ ταῦτα
οπιθίων. * Συστεγύ-
χων. καὶ τρογγύλα ταῖς ρίζαις. ἐπεὶ τοῖς τε γχώμασι λευκά
μένα Ald. αὐξάνεσθαι τὸ κάτω πεζῶτον, διὸ καὶ χειμῶνα. τὸ δὲ
Ε Bas. in ἡρῷ, εποφανέντοι τοῖς ἴσοις, τὴν μὲν ταπεινή-
guibusdam οδαί, τὸ δὲ ἄνω τὸ ἐδώδιμον αὐξάνεσθαι, καὶ τὸ μὲν
codicibus de τριανταῖς ἔχει τὰς Διαφοράς. Διαφορά δὲ ταῦτα σὺ τοῖς
ορθοῖς, τοῖς ισοῖ.

Plura autem genera esse bulborum nimis
constat. Differunt nanque inter se, magnitu-
dine, colore, figura, sapore. Quippe cum adeo dul-
ces quibusdam in locis proveniant, ut vel crudi
mandi facilissime possint. Ut in Cherroneso Tau-
rica. Sed maxima peculiarisque præcipue differen-
tia + lanigeratum herbarum adnotatur. Est enim **Lanigerum**
genus quoddam ejusmodi, littoribus nascens, **rū notatur.**
lanamque sub primis tunicis habens: ut inter inter-
num quod manditur, & externum media ista conti- **+ Vdones.**
neatur. Texuntur ex ea, & **Pithion,**
+ togæ, & alia vesti-
menta. **cuscim.**
Qua de causa lanatum id est: non modo **+ Parte in-**
illius Indici crinitum. **Quin** & bulbosa plura, nec **feriore ra-**
iis pauciora notare licet. Exempli gratia, violam
albam, bulbinam, * opitionem, cyicem, & sis-
rinchium quodammodo. Quæ quidem redigi ad
bulborum genus debent, quod radice orbiculen-
tur. Nam colore quidem penitus discrepant: can-
dent enim, nec squamis constant. Peculiare sis-
rinchio datum est, ut + una radix primò augeatur
hyeme: tum ineunte vere, + quod in imo excreve-
rit, contrahatur, supernumque crescat, quod
dix.
+ Vere cum
apparuerit
viola quod
in imo ex-
creverit,
contrahatur
supernum-
que crescat
quod man-
ditur.